ARISTOPHANIS

LYSISTRATA.

ARISTOPHANIS

LYSISTRATA.

ARISTOPHANIS

LYSISTRATA.

CUM PROLEGOMENIS ET COMMENTARIIS

EDIDIT

J. VAN LEEUWEN J. F.

LITT. HUM. DR., IN ACADEMIA LUGDUNO-BATAVA PROF. ORD.

LUGDUNI BATAVORUM

APUD A. W. SIJTHOFF

MDCCCCIII

PROLEGOMENA.

I.

„οὐχὶ νυστάζειν ἔτι
ὥρα ἐστὶν ἡμῖν οὐδὲ μελλονικιᾶν,
ἀλλ' ὡς τάχιστα δεῖ τι δρᾶν",

— sic vere anni 414 socios in scena comica increpabat Epops Aristophaneus [1]). Iocari tum licebat de rebus Siculis; ingens exercitus, quem Athenienses anno proximo in Siciliam miserant, inutiliter illic tempus terebat, sed triste nihildum acciderat. Quamquam id ipsum erat tristissimum, quod tot milia civium in longinquo littore frustra detinebantur et aerarium publicum exhauriebant.

Etiam per aestatem, quae insecuta est, Nicias „machinis" [2]) potissimum bellum gessit. Auctumnum, hiemem, tertium ver tertiamque aestatem in ora Sicula exercitus transegit, novis etiam navibus novisque copiis auctus, — *δάπανος γὰρ φύσει ἡ ἐλπίς!* — tandem auctumno anni tertii est devictus; et ne quid ex ingenti strage servaretur, Nicias tunc quoque, cum in rapida fuga spes unica esset salutis, cunctando pessumdedit rem Atheniensem, religione nimirum occaecatus [3]). Felices tum erant

[1]) Av. 639 sqq.
[2]) Av. 363.
[3]) Thucyd. VII 50 § 4.

quos leto dedit hostium ensis, nam ceteri in servitium inciderunt fere omnes aut in lapicidinis Syracusanis lenta morte sunt absumti. Qui *περσέπτολις* traiecerat

στρατὸς εἰς ἀντίπορον γείτονα χώραν,
πολύχειρ καὶ πολυναύτας,

ad internecionem deletus est [1]: —

φιλόφρων γὰρ παρασαίνει βροτὸν εἰς ἄρκυας Ἄτα!

Striduli eiulatus, quos in orchestra senes Susianos olim edentes ecerat Aeschylus, tum cum recenti victoria corda civium calebant, iam per ipsas Athenarum plateas domuumque in penetralibus resonabant; filios peremtos flebat urbs afflicta et misera.

Orbam defensoribus civitatem deseruere socii, oppresserunt hostes. Ipsa numina excessisse adytis videbantur; quae saepius eius *δυσβουλίαν εἰς τὸ βέλτιον ἔτρεψαν*: nunc Atheniensibus comedendum erat id quod intriverant ipsi, et gravius etiam quam hostium furor nocebat iracundia civis, quem in exilium truserant immerentem. Nam Lacedaemonii, quos Athenienses ad bellum apertum provocaverant invitos [2], inde ab anni 413 initio tenebant Decelcam, oppidum ab Athenis quatuor tantum horas distans, quod Alcibiade instigante occuparant. Hoc receptaculo usi agrum Atticum impune vastabant, ipsae autem Athenae castrorum potius quam urbis praebebant speciem [3]. Quid quod mancipia creberrima ex officinis villis metallis dilapsa ad hostes confugiebant [4]. Miseros Athenienses hinc premebat annonae caritas, nam quaecunque ad victum quotidianum requirebantur mari iam erant advehenda, illinc pecuniae inopia, nam opes publicas privatas obtriverat bellum diuturnum, rara autem ferebantur tributa sociorum, et argenti ille fons, quem patribus olim terra mater e gremio summiserat, iam arebat, cum fodinis deessent operae, instarent hostes.

Ne tamen omnino deficeret pecunia, anno 413 vicesima por-

---

[1]) Thucyd. VII ultima verba.
[2]) Thucyd. VI 105 VII 18 et vid. ad Av. 1569.
[3]) Thucyd. VII 28 § 1; vid. infra vs. 555 sq.
[4]) Thucyd. VII 27.

torii [1]) sociis est imposita loco tributorum, quae ipsa fortunae inclementia maximam partem sustulerat priusquam decreto publico sunt abrogata.

Cladem Siculam nova excepit clades: defecerunt Chii, opulentissimi omnium Graecorum [2]), quibus cives solebant *ἥδεσθαι πανταχοῦ προσκειμένοις*, cum praesertim ultimos hos haberent socios autonomos [3]). Mox Miletus ab Alcibiade pellecta classem Peloponnesiorum recepit [4]). Defecerunt etiam Ionia et Aeolis, defecit Lesbus, defecit denique Rhodus.

Ruebat Atheniensium imperium. Itaque satrapis Sardiano et Hellespontio venisse videbatur tempus, quo regno Persico restitui posset ora Asiae ante annos septuaginta erepta. Quapropter callido consilio Tissaphernes et Pharnaces usi neque gazae regiae parcentes cum Lacedaemoniis Miletum tenentibus foedus inierunt Leonidae civitati probrosissimum, nam Persico iam auro conducebantur Graeci ut Graecos debellarent [5]).

Maior etiam instabat calamitas: etiam Euboea defectura erat. Post hostium impetum sociorumque fraudem ipsa iam patria divellebatur. Nam Euboeam suae regionis partem per septem lustra Athenienses habuerant, nunc partem habebant meliorem, quippe et feracissimam et ab hostium incursionibus intactam [6]). Aliquantisper tamen hoc malum civitati imminuit tantum, non incubuit, nam anni 412 initio, recenti clade Sicula, paratis ad defectionem Euboeis persuasit Agis rex Lacedaemoniorum ut opportunum magis tempus opperirentur [7]); itaque aestate demum anni sequentis Peloponnesiis adiuvantibus desciverunt [8]).

---

[1]) *τὴν εἰκοστὴν τῶν κατὰ θάλατταν* (Thucyd. VII 28 § 4) sive vicesimam mercium in portus sociorum importatarum vel inde exportatarum (5% *inkomende en uitgaande rechten*). Cf. Ran. 363. — Anno 389 Thrasybulus denuo hanc vicesimam instituit (CIA. II 11*b*, 14*b*).

[2]) Thucyd. VIII 45 § 4; cf. 24 § 3.

[3]) Vid. Av. 879 sq.

[4]) Cf. infra vs. 108.

[5]) Vid. praesertim Thucyd. VIII 46 et 56 § 2.

[6]) *Εὔβοια ἀποκεκλῃμένης τῆς Ἀττικῆς τὰ πάντα ἦν*, Thucyd. VIII 95 § 2; cf. 96 § 1.

[7]) Thucyd. VIII 5.

[8]) Ibid. 91—95; tribus mensibus post Lysistratam scenae commissam.

At meliorem, quam in re secunda, in adversa se praestitit civitas Atheniensium, indignata malis succumbere. Vacua erant navalia, deerant milites, deerat pecunia: novam classem undecunque parare decreverunt [1] ... et pararunt, qua mox haud infeliciter cum Peloponnesiis sociisque rebellantibus certarunt et Samum obtinuerunt [2]. Crearunt autem decemviros *προβούλους* [3], qui caverent ne quid detrimenti caperet res publica, prytanum ipsiusque senatus officia partim in se recipientes. Senes hi erant venerabiles [4], in his Hagnon [5] Theramenis pater grandaevus et Sophocles poeta [6] octogenario maior, qui Amyni dei erat sacerdos [7], olim fuerat hellenotamias et strategus. Praeterea cives decreverunt ex aerario sanctiore, ubi belli initio mille talenta seposita erant, expromere quae ad patriam tutandam opus essent [8].

Sic *πονοῦσιν* Atheniensibus mox *ξυνέλαβε καὶ ὁ θεὸς* et in melius denuo convertit quae hominum dementia et discordia turbaverant. Nam Alcibiades Spartae cum in suspicionem incidisset, ipsi quoque regi Agidi invisus, auctumno anni 412 ad Tissaphernem se recepit, utque reditum in patriam pararet, exinde Lacedaemoniis tantundem nocuit quantum per triennium profuerat.

Quamquam patriae sic demum bene volebat Alcibiades, si ipsi quoque profuturus esset melior rerum status; liberam potentemque volebat... ut ipse ei imperaret, malebat autem

---

1) *ἐδόκει ... παρασκευάζεσθαι καινὸν ναυτικόν, ὅθεν ἂν δύνωνται ξύλα πορισαμένους καὶ χρήματα*, Thucyd. VIII 1 § 3. — Pro *καινὸν* in codd. est *καὶ*, quem errorem haplographia natum (*καιν' ναυτικόν*) correxi Mnemos. 1896 p. 30. — De re vid. vs. 421 sq.

2) Vid. infra vs. 313.

3) *Comité de salut public*, Thucyd. ibid.; cf. [Aristot.] Rep. Ath. 29 § 2 Politic. IV 1299 *b*.

4) Etiam centum viri *καταλογῆς*, qui anno 411 creati sunt ad legenda civium quinque milia, quibus solis tribueretur ius suffragii (Rep. Ath. 29 extr.), seniores erant; unus quem paullo accuratius novimus, Polystratus, erat septuagenarius, [Lys.] XX § 10.

5) Lys. XII § 65.

6) Aristot. Rhetor. III 18 § 6; de quo loco vid. quae observavi Mnemos. 1892 p. 221 sq.

7) Vid. ad Plut. 621.

8) Vid. ad vs. 174.

miseram quam sine se felicem. Quapropter ante omnia operam dedit ut summa rerum ab Atheniensium populo ad paucos transferretur, mox novus Pisistratus paucos illos populi opera oppressurus. Ad praetores Samum cum classe tenentes misit qui ipsius verbis dicerent: „paucorum si Athenis fieret domi-„natio, fore ut rex ab Alcibiade permotus foedus cum Athenien-„sibus iniret." — Ceteris callidior Phrynichus frustra est oblocutus [1]; nam collegae cum aucupi dulce canenti praebuissent aurem, Athenas ablegatus est Pisander, qui olim populo addictus Alcibiadi strenue adversatus fuerat, nunc a bonis viris stabat [2]. Hic cum in urbem pervenisset [3], operam dedit ut Alcibiadi conciliaret civium animos et oligarchiam pararet; regis autem munificentiam ostentans, qua perfrui liceret si revocato Alcibiade rem publicam mutarent, facile persuasit ut insperatum fortunae donum ambabus manibus arriperent. Itaque Phrynicho et Scironidi, qui Alcibiadi obstabant, abrogata est praetura, Pisander autem aliique legati decem initio anni 411 in Asiam sunt missi, quibus permissum est arbitrium cum Alcibiade et Tissapherne agendi foedusque, si fieri id posset, ineundi.

Interim in ipsa urbe Pisandri sodales maximam curam adhibuerunt ut germinarent semina, quae tum cum Athenis commorabatur ille iecerat [4]; nam multum aberat ut omnibus civibus placerent quae agebantur. Androcles partium popularium dux aliique complures, qui cum eo faciebant, clandestinis caedibus sunt peremti; in sodaliciis autem sedulo sunt parata quaecunque ad compescendum populum et summam rerum in paucorum manus transferendam videbantur fore utilia [5]. Itaque mense Maio Pisander licet re infecta Athenas rediisset, — nam cum Alcibiade non convenerat et ad Peloponnesios denuo con-

[1]) De Phrynicho vid. Ran. 689.

[2]) De Pisandro vid. Av. 1556. Ne nunc quidem comicum ei fidem habuisse, sed cum Phrynicho potius sensisse, — nondum enim in infamiam hic inciderat, — apparet infra vs. 490.

[3]) Mense Novembri vel Decembri 412.

[4]) Cf. infra vs. 577 sq.

[5]) Vid. Thucyd. VIII 65 et infra ad vs. 555 sq.

verterat se Tissaphernes [1], — facillime tamen cum Theramene et Antiphonte ceterisque coniuratis rem publicam evertit, nulla vi aperta adhibita, cum aliis civibus os occluderet metus, alii — in his Sophocles probulus, Periclis olim amicus — res novas ita improbarent ut patriae nihil melius succurrere arbitrarentur [2], paucos enim facilius quam ipsum populum cum rege amicitiam iuncturos vel a Lacedaemoniis pacem impetraturos.

Spe scilicet lactabantur inani. Id quod brevi post docuit rerum decursus. Nam postquam instituti sunt quadringenti viri [3], Persae nihilo secius Lacedaemoniis sunt opitulati, qui hoc auxilio freti Atheniensibus pacem petentibus superbe denegarunt, nisi maris imperio se abdicarent [4]. Itaque continuatum est bellum et brevis fuit quadringentorum virorum dominatio.

II.

Inter hasce rerum turbas et aerumnas Aristophanes scripsit fabulas ludis publicis Ol. XCII, 1 (412/1) scenae committendas. Quarum alteram *Thesmophoriazusas* Liberalibus daturus erat, alteram *Lysistratam* Lenaeis [5], mense Februario anni 411. Sensit comicus — et quis non sentiebat Athenis! — si unquam, nunc esse tempus quo patriam prudentibus consiliis adiuvari et sustentari oporteret ab omnibus qui bene ei vellent; revixit autem in eius pectore spes dudum sopita, fore ut et ipse rei publicae aliquid prodesset, *καὶ γὰρ τὴν τρυγῳδίαν εἰδέναι τὸ δίκαιον*. Nunc quoque, ut olim, pacem suadere suum duxit; recordabatur autem pacem Niciae ante duo lustra in ipso theatro a se inauguratam. Non ex regis stipendiis Athenis salutem fore persuasum habebat,

---

[1] Mense Februario 411.

[2] Vid. Thucyd. VIII 53 § 2 sq. Aristot. Rhetor. III 18 § 6 Politic. VIII 4 (V 3) p. 1304 Rep. Ath. 29 § 1.

[3] Mense Iunio 411.

[4] Vid. Thucyd. VIII 70 sq., 90 sq. [Aristot.] Rep. Ath. 32 § 2.

[5] *Lenaeis*, non *Liberalibus* esse datam et statui solet, et ego statuo propter versus 101 sq., 490, 577, unde efficio *τὰς ἀρχαιρεσίας* nondum fuisse habitas tum cum fabula nostra scenae est commissa.

scelestos atque vesanos etiamnunc ducens τοὺς προσδοκῶντας χρυσὸν ἐκ τῶν βαρβάρων, nam nisi etiamnunc concordia inter se ligarentur cunctorum animi et procul habitis hostibus avitis de rebus Graeciae inter solos Graecos deliberaretur, ad irritum mox redactum iri quaecumque virtus Leonidarum et Themistoclum consilia olim assecuta fuerant.

Invenit autem quarum ore diceret quae in animo habebat. Novam nuper et insolitam dignitatem mulieribus Atticis dederat luctus. Feriebat poetae aures vox matrum prolem caesam plorantium; miserebat uxorum maritis orbarum, miserebat virginum in thalamorum silentio languentium [1]), nec iam risui potissimum vel contemtui aptae videbantur feminae, sed dignae quae armorum impio strepitui molliores intermiscerent sonos, dignae quibus etiam in scena suus tribueretur locus. Recordabatur autem iocorum, quibus olim spectatorum cachinnos civerat, cum bellum muliercularum quarundam culpa exarsisse perhiberet [2]). Novae fabulae germen hinc in eius animo procrevit. Quidni sanarent quae percussissent! Non iam tacere et intra parietes latitare praecipuum videbatur mulierum officium aut decus, sed si quod haberent consilium salutiferum, in medium id proferrent, ea libertate usae quam communis dolor et commune periculum etiam imbellibus tribuebant. Vellent modo, cito restincturae erant ignem quem excitaverant. Feminae Graecis mortalibus malum intulerant Pandora et Helena et Aspasia: e feminis salus erat futura.

Itaque iocose Aristophanes, quippe comicus, — sed seria agens, quippe vir patriae amantissimus et mobilis animi poeta, — finxit mulieres suis telis utentes, non ut bellum sed ut pacem et concordiam pararent. Finxit nova iura sibi asserentes, quae immerito iis denegari dudum profiteri coeperant aevi recentioris praecones, non enim viris deteriores esse, non puerperiis modo ministeriisque domesticis aptas, sed socias et amicas viris

[1]) Cf. vs. 591 sqq.
[2]) Ach. 524 sqq.

divinitus missas. Hanc si dignitatem etiam in luctu communi denegare sibi pergerent viri, aspernari eorum amplexus secum constituerunt feminae, quas in theatro exhibuit comicus. Pro ancillis quoniam habebantur, dominorum iussis et minis fuga se subduxerunt mancipia imitatae. Domi quoniam suus iis locus non erat, apud deam civitatis servatricem sedes petiverunt et fortiter occuparunt. Novam civitatem sunt conditurae, ut Pisetaerus ille et Euelpides, non tamen in nubibus, procul a civium turbis, sed illo loco qui solus rei Atheniensi firmum praebebat fundamentum et praesidium, ad quem solum sine probro confugere poterant feminae liberae, non odio sed vero amore motae ut viros suos aliquantisper desererent. Olim non erat impietatis, civitatem insana spe erectam aversari: nunc matrem afflictam sustentare primum officium erat omnibus eius liberis.

Lepidum autem inventum dum uberrimis ingenii copiis exornat comicus, id praesertim cavens ne seria nimis serie tractando a sua arte aberret et spectatorum animos a se abalienet, intermiscuit quae lectori librorum lascivorum non appetenti stomachum movent et fines libertatis illis ludis concessae excedere videntur, excedunt utique fines extra quos vera poesis consistere nequit sed in coenum prolabitur. Deme haec... et restat fabula ingeniosissima, optime concinnata, festivissima, animi generosi documentum, plena consiliis vere aureis patriaeque saluberrimis [1]. Transfer autem iocos scaenae comicae convenientes in tectius aliquanto magisque verecundum genus dicendi: vel sic erunt lepidissimi; neque Herculei profecto fuerit laboris ita vertere hanc fabulam ut coram matronis castisque puellis possit agi et tamen servetur vis comica. Simillimum autem exitum habet Lysistrata fabula atque „Calliae convivium" illud habuit, de quo

[1]) Contrariam rationem et olim — testibus scholiis — et temporibus recentioribus quosdam interpretes iniisse dixeris, necdum plane deferbuit quod dico studium. Nempe non iis tantum locis, ubi poeta fescennina libertate est usus et abusus, sed etiam innocentissimis quibusdam facetiis adscripta invenire est commenta foeda atque tetra. Qualia notando indicare nolui, sed sciens passim praeterii, vel sic plus satis coactus immorari nequitiis lascivis.

scripsit Xenophon. Illic nuptiae Bacchi et Ariadnae saltatione mimica coram convivis repraesentatae effecerunt „ut innupti „iurarent uxorem ducturos se, nupti autem equis conscensis „domum suam festinarent, ubi pari voluptate et ipsi perfruerentur"; — in nostrae fabulae fine cives Athenienses et Lacedaemonii cum uxoribus redintegrata gratia domum redeunt canentes et saltantes et multo vino madidi, armorum autem et odii inveterati quo nimis diu arserunt tandem aliquando obliti; Bacchus enim horum ludorum patronus

τρώσας ἔρωτι μὴ πολεμεῖν ἠνάγκασεν.

III.

Chorus insoliti quid habet; nam in duas partes per totam fere fabulam diremtus manet [1]) neque ad spectatores se convertit. Quod temporis mutati est indicium; alia eiusmodi praebent quae insecutae sunt comici fabulae. Nam ne Thesmophoriazusae quidem iustam habent chori parabasim; in qua fabula licet dux chori aliquantisper ad ipsos spectatores verba faciat, ipsae tamen quae aguntur res continuantur interim, Euripidis enim affinis in proscenio sedens remanet. In Ecclesiazusis autem vel in Pluto nulla parabasis vel epirrhematis est umbra.

Initium habet fabula brevi post ortum solis; sine intermissione autem, ut modo vidimus, usque ad finem decurrit. Circa mediam tamen fabulam comicus, more suo in temporum ratione liberius versatus, aliquot dierum spatium praeterlapsum esse sumit [2]).

Ante arcem fabula agitur. In scenae igitur fundo indicata fuit frons Propylaeorum, quae a mulieribus occupantur, oppugnantur a viris; orchestra autem est pro clivo arcis, qui ex urbe ad ipsa Propylaea ducebat [3]). Sed poeta dum res quae aguntur adaptat situi locorum, quae cuivis spectantium tam

---

[1]) Sub finem demum (vid. vs. 1042) in unum coniunguntur semichoria.

[2]) Vid. vs. 725 et 881.

[3]) Vid. vs. 288.

erant nota quam ipsorum digiti, pari licentiae indulsit atque temporis ratione computanda, neque singula veris quam esse similia rogavit. Itaque haud temeraria coniectura statuerit qui piam, ne Propylaea quidem quaeve circumiacebant anxia cu a scenographo fuisse delineata fidelemve eorum imaginem spe tatorum oculis obiectam. Si quis autem operam det ut singu verba poetae cum vera arcis specie, quae melius sensim a archaeologis est agnita, ita conciliet ut probabilia videantu quaecunque in scena agantur vel dicantur agi, fieri non poter quin spe frustretur. Nam comicus neque in aliis fabulis nequ in hac eiusmodi quid voluit assequi. Nec usquam fortasse meliu apparet quomodo in veterum scriptis interpretandis utendum sit thesauris, quos praebet archaeologia, quam in hac fabula In qua passim commemorantur templa, antra, fontes, alia quae arcis habebat vicinia: in unam imaginem haec omnia collige et poetae verba ipsis locorum lineamentis adstringe, — non festiviora fient magisve tibi perspicua quam si nullum arcis Athenarum in terris hodie superesset vestigium, sed delirare potius et nugari videbitur comicus. At ita in usus tuos converte quae multorum sagax ingenium indagavit, multorum strenuus labor eruit et descripsit, ut quam possis accuratissime inde discas quae arcis eiusque viciniae tunc temporis fuerit species, — tunc mirum quantum tibi Lysistratam perlegenti proderunt imagines et commentationes archaeologorum, dummodo simul recorderis poetam ingenii sui prolem non cohibuisse intra fines locorum quales revera erant, sed quidvis licitum sibi semper putasse et nunc putare.

Haec quo tendant melius apparebit perpendentibus haec verba Lysistratae: „*unam e feminis arcem obtinentibus*

διαλέγουσαν τὴν ὀπὴν

κατέλαβον ᾗ τοῦ Πανός ἐστι ταὐλίον" [1]).

Sexennio enim abhinc, dum arcis rudera pervestigantur, reperta est semita, qua olim de arcis vertice descendebatur ad Panis

[1]) Vs. 720 sq.

antrum in rupis latere septentrionali patens. Scalae viginti duae deorsum ducebant ad posticulam sive *θυρίδιον* muro Cimoneo inclusum, hinc autem per scalas aliquot rudi arte ipsi saxo incisas — per eiusmodi igitur tramitem quem vicini vocant *un raidillon* — fiebat descensus ad specum, hinc ad arcis pedem ipsamque urbem. Quas scalas qui primus repperit Kabbadias v. d. [1]), statim versuum modo allatorum est recordatus, mox autem gaudio inventi — ut fit — abreptus est et minus recte eo est usus. Nam *ὀπήν* quominus cum illo *posticulam* illam intellegamus, quae muro Cimoneo aliquando fuit inserta, obstant verba poetae; non *portam* aliquam *aperire* voluit muliercula *δραπετεύουσα*, — quod neque furoris indicium fuisset neque spectatoribus narratum potuisset movere cachinnos, — sed manibus tenellis *diducere* est conata *orificium* angusti alicuius meaculi sive rimae, id quod fieri non poterat vesano corde tentans tamen. Nam per *ὀπήν* evadere qui cupit, non potest quin ita secum reputet ut Iuppiter ille comicus:

τί οὖν γενόμενος εἰς ὀπὴν ἐνδύσομαι;
ζητητέον· φέρ', εἰ γενοίμην μυγαλῆ; [2]).

Itaque arduum illud iter, quod modo diximus, tunc cum fabula nostra acta est aut nondum aut non amplius patuisse Lysistratae verba testantur.

Gravius autem — me quidem iudice — errans Kabbadias perhibuit etiam Myrrhinae cum Cinesia colloquium [3]) nova iam luce illustrari posse, hanc enim ad Panis antrum a viro abductam [4]) dein per callem illam praeruptam in arcem identidem recurrere, ut lectum, culcitam, cetera inde afferat [5]). Hoc vero est nimis urgentis verba comici. Qui arcis et Propylaeorum per ludicrum illud colloquium oblivisci nos voluit. Nam nisi aliquan-

---

[1]) Vid. Ephem. Arch. 1897 p. 1 sqq., 87 sqq. cum tabula I, Jahn-Michaelis Arx Athenarum[3] (1901) tab. VII, XVI sq.

[2]) Sannyr. fr. 8. Cf. etiam Xenarch. 4[11].

[3]) Vs. 916 sqq.

[4]) Vid. vs. 911 sqq.

[5]) Kabbadiae assensus, nisi fallor, Michaelis (Jahn Michaelis Arx Athen.[3] p. 82) scribit: „scalae et posticula (tab. VII 46 XVI *EZH*) cf. Ar. Lys. 916 sqq.".

tisper nobis fingimus fundum scenae id repraesentare quod solebat, privatarum aliquarum aedium dico frontem, vel potius, nisi locorum — ut temporum [1]) — rationem omnino nunc neglegimus, non festiva sed absurda fit muliercula dicto citius variam supellectilem proferens. Quam si spectatores animo sibi informassent sexies deinceps celsae rupis culmen per saxorum salebras scandentem, quavis capella ipsaque Orithyia velociorem, cum variis autem sarcinis inde redeuntem, quas illic vix et ne vix quidem reperire poterat, — nam quid Minervae vel Dianae cum lodicibus aut unguentis? — eo solo risu moti essent, opinor, quem cient inepte ficta; irrisissent ipsum poetam tam frigidis iocis indulgentem.

Itaque de hoc loco idem valet quod de fabulae initio, ubi Lysistrata coram mulieribus in clivo arcis verba faciens haud procul ab introitu Propylaeorum: „*heus pueri!*" — clamat subito — „*afferte poculum et urceum!*" [2]) — Afferuntur haec... undenam? quae mancipia illic obtemperare ei potuerunt clamanti? non enim domo haec vasa secum attulit ipsa, sed nunc demum requiri ea docet rerum decursus, et verbis minime ambiguis usa „*ex aedibus*" (ἔνδοθεν) afferri iubet Lysistrata. Eratne igitur eius domus ad ipsum arcis clivum sita et in scenae pariete repraesentata? Non opinor, sed talia neque alias curavit comicus neque nunc curat; non curarunt spectatores.

IV.

In annotatione critica perpetuo — sed omissis quisquiliis — commemoravi lectiones codicum Ravennatis (*R*), cuius imago phototypica mihi ad manum fuit, et Vossiani Leidensis 52 saeculi XIV[i]; quem quoniam Laurentiani 31,15 sive *Γ* olim partem fuisse docuere vVelsen et Zacher [3]), eo signo quo in

---

1) Vid. vs. 725, supra pag. IX.

2) Vs. 199.

3) Vid. Zacher Handschriften und Classen der Aristophanesscholien Jahrb. f. class. Phil. Suppl. XVI 1888 p. 549 sq., CKühne de codicibus qui Ar. Ecclesiazusas et Lysistratam exhibent diss. inaug. Hal. Sax. 1886.

ceteris comici fabulis edendis uti solemus indicandum ratus vocavi *Γ*. Antehac *Voss.* (*V*) vel *Leid.* (*L*) dici solebat. Sedulo autem hunc codicem denuo contuli, quem complures viri docti ante me exploraverant, sed e fabulae editoribus unus tantum post Kusterum ante oculos habuerat Dindorf [1]), ipse autem Kuster raptim intra sesquidiei spatium perlustraverat.

Inde a versu 1034, ubi Leidensis deficit [2]), eius loco commemoravi codicem saeculi XVI^{i}, qui artissime ei cognatus est, Parisinum 2717 (*Par.*, Brunckio *B*, Blaydesio *C*), cuius etiam in priore fabulae parte hic illic feci mentionem.

Nonnisi semel atque iterum rationem habui Augustani Monacensis 492 (*Aug.*, Blaydesio *N*), qui saeculo XV^{o} e Ravennate est excriptus; neque saepius ad partes vocavi codicem interpolatum Parisinum 2715 (*A* Brunckii, *B* Blaydesii), aut Vaticanum Palatinum 67 (*Vat.*), unde Kuster quaedam attulit [3]).

Neglexi denique Laurentianum 31,16 sive *Δ*, a codice *Γ* vitiis tantum discrepantem [4]), et Iuntinam editionem principem anni 1516, quam e Ravennate codice expressam esse docuere vVelsen [5]) et WGClark [6]).

Totam fabulam exhibent R eiusque umbra Augustanus, *Γ* vero

---

[1]) Non Enger, non Blaydes.

[2]) In Leidensi haec insunt:

fol. I^{r}	vs.	1—30.		fol. VI^{v}	vs.	545—582.
I^{v}	„	31—61 et 132—188.		VII^{r}	„	583—620.
II^{r}	„	139—176.		VII^{v}	„	621—658.
II^{v}	„	177—199 et 268—282.		VIII^{r}	„	659—697.
III^{r}	„	283—318.		VIII^{v}	„	698—735.
III^{v}	„	319—356.		IX^{r}	„	736—773.
IV^{r}	„	356 (iteratus)—392.		IX^{v}	„	774—810.
IV^{v}	„	393—430.		X^{r}	„	811—819 et 890—920.
V^{r}	„	431—468.		X^{v}	„	921—95°.
V^{v}	„	469—506.		XI^{r}	„	959—996.
VI^{r}	„	507—544.		XI^{v}	„	997—1034.

[3]) „Für die Textrecension wertlos" (Zacher).

[4]) Cf. Zacher Praef. ad Equit. p. VI.

[5]) Ueber den Codex Urbinas der Lys. und der Thesm., 1871.

[6]) The history of the Ravenna Ms., Journal of Philology 1871. — Proximus a vero olim (a. 1838) aberat Fritzsche: „vix dubitamus quin codices nostri Thesmophoriazusarum et Lysistratae omnes ex uno libro, sive Urbinate, sive alio... emanaverint (Praef. Thesm. p. VI).

ceterique codices excripti sunt ex archetypo quinque foliis carenti, in quibus exarati fuerant versus 62—131, 200—267, 820—889, 1098—1236. His igitur locis uno teste utimur R, nisi quod apud Suidam quaedam inveniuntur allata [1]. Lacunas illas agnovit librarius cui debetur Parisinus 2717, spatii enim reliquit tantum quantum versibus omissis sufficere putabat [2]; in Vossiano solo signo * indicatur aliquid deesse, spatio nullo relicto. Caret autem Vossianus fabulae fine; tres enim quaterniones olim e Laurentiano codice sunt evulsi, qui Aves a vs. 1420 usque ad finem + Lysistratam + Vespas usque ad vs. 420 complectebantur: ex his perierunt quaternio tertius totus et primi primum folium. Nunc igitur Leidae supersunt Av. 1492 ad finem et Lys. 1—1034 (exceptis quos dixi versibus 62—131, 200—267, 820—889), sive septem folia unius quaternionis (4 folia Av. + 3 Lys.) et sequens quaternio integer (8 folia Lys.).

[1]) Vid. e. g. vs. 64.
[2]) Paginas 0 (?), $4^1/_2$, 4, 5.

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ [1]).

Λυσιστράτη [2]), mulier Attica, florida aetate, nupta [3]).
Καλονίκη, item.
Μυρρίνη, item.
Λαμπιτώ, Lacaena [4]).
Ἡμιχόριον [5]) *γερόντων*, cui praeest *Στρυμόδωρος* [6]).
Ἡμιχόριον γυναικῶν, quas ducit *Στρατυλλίς* [7]).
Πρόβουλος.
Γρᾶες τρεῖς [8]).

---

1) Hunc personarum indicem pro meo arbitrio confinxi. In R nullus extat, in Γ haec leguntur: *Λυσιστράτη, Μυρρίνη, Στρυμοδώρα* (l. *Στρυμόδωρος*), *Πρόβουλος, Κινησίας, Καλονίκη, Λαμπέτη* (l. *-πιτώ*), *Δράκης* (vid. vs. 254), *Χορὸς γερόντων, Κῆρυξ Λακώνων, Πρέσβεις Λακώνων, Βλέπυρος* (l.?), *Χορὸς γυναικῶν, Στρατηλάτης* (l. *Στρατυλλίς*), *Ὑπηρέτης, Θεράπων*.

2) Lysistratae nomen ipsius studia aperte significat, ut Dicaeopolidis, Philocleonis, aliorum; praeterea commentarii instar sunt Trygaei ad Pacem deam verba: *λῦσον δὲ μάχας καὶ κορκορυγάς, | ἵνα Λυσιμάχην σε καλῶμεν* (Pac. 991 sq.). Vid. etiam infra vs. 1105.

3) Vid. vs. 591 sq.

4) Clarum hoc in Lacedaemone fuit nomen; nam audiebat sic mater Agidis regis, qui Deceleam hoc tempore occupatam tenebat (Herodot. VI 71 Plut. Ages. 1 Plat. Alcib. I 123 *e* sq. *a*).

5) Suadente Blaydesio bis scripsi *Ἡμιχόριον*, non *Χορόν*.

6) Vid. vs. 257.

7) Vid. vs. 365.

8) Vid. vs. 439 sqq.; *γυναῖκες* hae solent dici, sed a mulieribus iunioribus distinguere praestat vetulas quae arcem occuparunt (vid. vs. 177 sqq. et 540).

Γυναῖκες τρεῖς [1].
Κινησίας.
Παιδίον [2].
Κῆρυξ ἐκ Λακεδαίμονος.
Πρέσβεις Λακεδαιμονίων [3].
Πρέσβεις Ἀθηναίων [4].

Personae tacitae: Mulieres Athenienses. Mulieres Boeotia [5] et Corinthia. Quatuor lictores. Servus Cinesiae. Diallage virgo. Homines de plebe. Servi. Tibicen Lacedaemonius [6].

Actor primus (Callistratus) *Lysistratam* agit,
secundus *Myrrhinam*, *Probulum*, *Mulierem* 3^am^, *Praeconem* et *Legatum Lacedaemonios*,
tertius *Calonicam*, *Vetulam* et *Mulierem* 1^as^, *Cinesiam*, *Primum Legatum Atheniensium*,
quartus *Lampitonem*, *Vetulam* et *Mulierem* 2^as^, *Atheniensium Legatum alterum*.
Praeterea pauca verba facit *Vetula* 3^a^, et *Cinesiae infantulus* clamores edit [7].

Fabula agitur Athenis ante introitum arcis; initium habet circa solis ortum.

---

[1]) Vs. 728—780.
[2]) Vix operae est pretium inter personas hunc puerulum rettulisse, cui *unum* tantummodo verbum ter proferendum dederit poeta (vs. 879).
[3]) Ex his unus verba facit et in exitu canit.
[4]) Duo horum agunt aliquas partes.
[5]) *Ismenia* nomine, vid. vs. 697.
[6]) Tacitum dico, qui verba non faciat; cf. Ach. p. 2, 4 Av. p. 2, 2.
[7]) Infantulum illum pupa esse repraesentatum, cui histrio aliquis vocem suam commodarit, cuiusvis est suspicari.

ΥΠΟΘΕΣΕΙΣ[1].

I.

Λυσιστράτη τις Ἀθήνησι τῶν πολιτίδων καὶ τῶν Πελοποννησίων ἔτι δὲ καὶ Βοιωτίων γυναικῶν σύλλογον ἐποιήσατο, διαλλαγὰς μηχανωμένη τοῖς Ἕλλησιν. ὀμόσαι δὲ ἀναπείσασα μὴ πρότερον τοῖς ἀνδράσι συνουσιάσειν[2] *πρὶν ἂν πολεμοῦντες ἀλλήλοις παύσωνται, τὰς μὲν ἔξωθεν παρούσας*[3] *ὁμήρους τινὰς*[4] *καταλιπούσας*[5] *ἀποπέμπει ὀπίσω, αὐτὴ δὲ πρὸς τὰς κατειληφυίας τὴν ἀκρόπολιν μετὰ τῶν οἰκείων ἀπαντᾷ. συνδραμόντων δὲ πρεσβυτῶν πολιτῶν μετὰ λαμπάδων καὶ πυρὸς πρὸς τὰς πύλας, τὴν ἀναστολὴν ποιεῖται ἐξελθοῦσα, καὶ προβούλου τινὸς μετ' ὀλίγον παραβιάσασθαι μετὰ τοξοτῶν ὁρμήσαντος, εἶτα δὲ ἀποκρουσθέντος καὶ διαπυνθανομένου τί βουλόμεναι ταῦτα δεδράκασι, τὸ μὲν πρῶτόν φησιν*[6] *ὅτι ἐγκρατεῖς γενόμεναι τοῦ ἀργυρίου μὴ ἐπιτρέψουσι*[7] *τοῖς ἀνδράσιν ἀπὸ τούτου πολεμεῖν, δεύτερον δὲ ὅτι πολὺ ἄμεινον ταμιεύσονται καὶ τὸν παρόντα πόλεμον τάχιστα καταπαύσουσιν. οὗτος μὲν οὖν καταπλαγεὶς τὸ θράσος*[8] *ὡς τοὺς συμπροβούλους οἴχεται ταῦτα μὴ παύσας, οἱ δὲ γέροντες ὑπομένοντες ταῖς γυναιξὶ λοιδοροῦνται. μετὰ ταῦτα αὐτῶν τινες αὐτομολοῦσαι μάλα γελοίως δι' ἀκρασίαν ὡς τοὺς ἄνδρας ἁλίσκονται, ἐγκαρτεροῦσι δὲ Λυσιστράτης ἱκετευούσης. Κινησίας δέ*[9] *τις τῶν πολιτῶν ἀκρατῶς ἔχων τῆς γυναικὸς παραγίνεται· ἡ δὲ κερτομοῦσα*[10] *αὐτὸν ἐπεγγελᾷ*[11] *μέν, τὰ περὶ τῶν*

---

[1]) Argumentum utrumque habet R, omittit *Γ*.

[2]) *συνουσιάζειν* R; corr. Blaydes.

[3]) Scripsi *ἔξωθεν παρούσας*. In R est *ἐξωπίους*, quod ex *ἔξω* (θ) *π' ουσ* (ασ) natum puto.

[4]) Pro *ὁμήρους* (sic Stein) *τινας* in R est *ἐμπριλὰς*. Cf. vs. 244.

[5]) Pro *καταλιπούσας* in R est *καταλειποῦσα*. Dein supplevi *ἀποπέμπει*.

[6]) *φασὶν* R; corr. vWilamowitz.

[7]) *ἐπιτρέπουσι* R; corr. Brunck.

[8]) *καταπληγεὶς τοῦ θράσους* R; corr. Kuster.

[9]) *δὲ* deest in R.

[10]) *χυτροτομοῦσα* R; corr. Brunck.

[11]) Sic scripsi; *ἐπαγγέλλεται* R.

διαλλαγῶν δὲ σπουδάζει. ἀφικνοῦνται δὲ καὶ παρὰ Λακεδαιμονίων περὶ σπονδῶν κήρυκες, ἀπαιτίζοντες[1] *ἅμα καὶ τὰς σφετέρας*[2] *γυναῖκας. συνταχθέντες δὲ σφίσιν πρέσβεις αὐτοκράτορας ἀποστέλλουσιν. οἱ δὲ*[3] *γέροντες εἰς ταὐτὸν ταῖς γυναιξὶν ἀποκαταστάντες ἕνα χορὸν ἐκ τῆς διχορίας ἀποτελοῦσι*[4]. *καὶ Λυσιστράτη τοὺς παραγενομένους πρὸς αὐτὴν ἐκ Λακεδαίμονος πρέσβεις καὶ ὀργῶντας διαλλάττεσθαι προσέλκει, καὶ ἑκατέρους ἀναμνήσασα τῆς πάλαι*[5] *εἰς ἀλλήλους γενομένης εὐνοίας*[6] *διαλλάττει ἐν φανερῷ, καὶ ξενίσασα κοινῇ παραδίδωσι τὰς γυναῖκας ἑκάστοις ἄγεσθαι.*

ἐδιδάχθη ἐπὶ Καλλίου ἄρχοντος[7], *τοῦ μετὰ Κλεόκριτον ἄρξαντος. εἰσῆκται δὲ διὰ Καλλιστράτου.*

ἐκλήθη Λυσιστράτη παρὰ τὸ λῦσαι τὸν στρατόν.

II.

Λυσιστράτη καλέσασα τὰς πολίτιδας
ὑπέθετο φεύγειν μηδὲ μίγνυσθ' ἄρρεσιν,
ὅπως γενομένης νῦν στάσεως ἐμφυλίου
τὸν πρὸς Λάκωνας πόλεμον αἴρωσιν λόγῳ
μένωσί τ' οἴκοι πάντες. ὡς δὲ συνέθετο,
τινὲς μὲν αὐτῶν τὴν ἀκρόπολιν διεκράτουν,
τινὲς δ' ἀπεχώρουν. αἵ τ' ἀπὸ Σπάρτης πάλιν
ταὐτὸν διεβουλεύοντο. κῆρυξ ἔρχεται
λέγων περὶ τούτων. τῆς δ' ὁμονοίας γενομένης
σπονδὰς θέμενοι τὸν πόλεμον ἐξεώρτασαν[8].

---

1) Sic scripsi; *ἐμφανίζοντες* R.
2) R *προτέρας*; corr. Rutherford.
3) R *μὲν*; corr. Blaydes.
4) R *ἀποστέλλουσι*, corr. Bergk.
5) R *ἀναμνήσασα παλαιὰς*, Kuster addidit *τῆς*, ego scripsi *πάλαι*.
6) R *γενομένας*, Kuster *γενομέν<ης εὐνοί>ας*.
7) Id est Ol. 92, 1 sive initio anni 411. Cf. schol. vs. 174 et 1094.
8) R *ἐξέρρησαν*, corr. Rutherford.

LYSISTRATA.

PROLOGUS.

(vs. 1—258).

(Scena repraesentat clivum arcis ad Propylaea ducentem, quorum frons cernitur in scenae fundo. Tempus est matutinum. Sola deambulat *Lysistrata.*)

SCENA PRIMA.

Lysistrata, mox Calonica.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ἀλλ' εἴ τις εἰς Βακχεῖον αὐτὰς ἐκάλεσεν,
ἢ εἰς Πανός, ἢ ἐπὶ Κωλιάδ', ἢ εἰς Γενετυλλίδος,
οὐδ' ἂν διελθεῖν ἦν ἂν ὑπὸ τῶν τυμπάνων.
νῦν δ' οὐδεμία πάρεστιν ἐνταυθοῖ γυνή. —

(Appropinquat Calonica.)

---

2. *ἐπὶ Κωλιάδ'*] *'ς Κωλιάδος* Bentley; sed cf. Ran. 187.
4. *ἐνταυθοῖ*] vid. ad Nub. 814.

1—4. „Si quis ad Bacchi vel Panis vel Veneris [1]) eas convocasset, ut laeta illic celebrarent sollemnia, crebrae adessent dudum, sat scio! Nunc vero, quoniam ad arcis clivum, qui nulla promittit gaudia, convenire sunt iussae, deserta silent omnia." — Variatur verborum structura: *εἰς Βακχεῖον* — *εἰς Πανός* — *ἐπὶ Κωλιάδα*, ut in Charonis verbis: *εἰς τὸ Λήθης πεδίον κτἑ. ἢ ἐπὶ Τάρταρον* [2]). Vox *Βακχεῖον* templum indicat, non festum [3]). *Tympanorum* sollemnis erat usus in mulierum orgiis [4]); etiam Pani *ὠργίαζον μετὰ κραυγῆς*, ut scribit scholiasta allato versu quodam Menandri: *σιωπῇ φασι τούτῳ τῷ θεῷ | οὐ δεῖν προσιέναι* [5]).

4. Simillimae sunt Praxagorae querelae initio Ecclesiazusarum: *οὐδεμία πάρεστιν ἃς ἥκειν ἐχρῆν* [6]).

---

[1]) Vid. Nub. 52. — [2]) Ran. 186 sq. — [3]) Alieni hinc sunt Eur. Phoen. 21 et Ar. Ran. 357. — [4]) Cf. vs. 388; vid. etiam Vesp. 119. — [5]) Menandr. fr. 184. — [6]) Eccl. 19.

πλὴν ἥ γ' ἐμὴ κωμῆτις ἥδ' ἐξέρχεται.
χαῖρ', ὦ Καλονίκη.

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

καὶ σύ γ', ὦ Λυσιστράτη.
τί ξυντετάραξαι; μὴ σκυθρώπαζ', ὦ τέκνον·
οὐ γὰρ πρέπει σοι τοξοποιεῖν τὰς ὀφρῦς.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ἀλλ', ὦ Καλονίκη, κάομαι τὴν καρδίαν
καὶ πόλλ' ὑπὲρ ἡμῶν τῶν γυναικῶν ἄχθομαι,
ὁτιὴ παρὰ μὲν τοῖς ἀνδράσιν νενομίσμεθα
εἶναι πανοῦργοι, —

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

καὶ γὰρ ἐσμέν, νὴ Δία!

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

εἰρημένον δ' αὐταῖς ἀπαντᾶν ἐνθαδὶ
βουλευσομέναισιν οὐ περὶ φαύλου πράγματος,
εὕδουσι κοὐχ ἥκουσιν.

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

ἀλλ', ὦ φιλτάτη,
ἥξουσι. χαλεπή τοι γυναιξὶν ἔξοδος.

---

10. *ἡμῶν* R] *ὑμῶν Γ.*
13. *ἐνθαδὶ*] *ἐνθάδε* R *Γ.*
16. *τοι Γ*] *τε* R. ‖ *γυναιξὶν* Geel] *γυναικῶν* R *Γ*. Vulgata significat: ***gravis*** (sive ***molesta***, aliis) est ***mulierum expeditio*** (cf. Eur. fr. 965), contextus vero hoc poscit: ***mulieribus difficile est domo exire.*** ‖ *ἔξοδος*] *ἤξοδος* Dawes.

---

5. *κωμῆτις*] cf. Nub. 965.

— *ἐξέρχεται*] cernere igitur fingitur Lysistrata amicam ex aedibus ipsius in vicinia alicubi sitis prodeuntem.

7. *σκυθρώπαζε*] vid. ad Plut. 756.

— *ὦ τέκνον*] non est hoc anus puellam alloquentis, — ambas enim floridae aetatis fingi testantur sequentia, — sed amicam ita alloquitur fere coaetaneam.

8. *τοξοποιεῖν τὰς ὀφρῦς*] vid. ad Vesp. 655.

9. *κάομαι τὴν καρδίαν*] vid. Ach. 1 et ad Ran. 43.

11 sq. Item apud Platonem Socrates cum Hermogene confabulans: *ΕΡΜ. καὶ δοκεῖ γέ μοι τοῦτο ἐκείνου τεχνικώτερον εἶναι. ΣΩ. καὶ γὰρ ἔστιν* [1]). Et alibi: *ΣΩ. ἀλλὰ γάρ, ὦ Εὐθύφρον, καὶ ἄλλα πολλὰ φῂς εἶναι ὅσια. ΕΥΘ. καὶ γὰρ ἔστιν* [2]).

16. Cf. Praxagora socias opperiens: *θαἰμάτια τἀνδρεῖα κλεψάσαις λαθεῖν | ἦν*

---

[1]) Plat. Cratyl. 400 *b*. — [2]) Plat. Euthyphr. 6 *d*; ubi in codd. est *καὶ γὰρ ἔστιν ὅσια*, vid. Hartman de Emblematis p. 96.

ἡ μὲν γὰρ ἡμῶν περὶ τὸν ἄνδρ' ἐκύπτασεν,
ἡ δ' οἰκέτην ἤγειρεν, ἡ δὲ παιδίον
κατέκλινεν, ἡ δ' ἔλουσεν, ἡ δ' ἐψώμισεν.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ἀλλ' ἦν γὰρ ἕτερα τῶνδε προυργιαίτερα
αὐταῖς!

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

τί δ' ἐστίν, ὦ φίλη Λυσιστράτη,
ἐφ' ὅ τι ποθ' ἡμᾶς τὰς γυναῖκας ξυγκαλεῖς;
τί τὸ πρᾶγμα; πηλίκον τι;

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

μέγα.

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

μῶν καὶ παχύ;

---

20. *ἦν γὰρ ἕτερα*] *ἕτερα γὰρ ἦν* R, *ἕτερα τἄρ' (τἄρ') ἦν* Elmsley non recte, serio enim affirmantis id esset (ut vs. 31 etc.), pro *τῶνδε* igitur *τούτων* requireretur (*at graviora quam ista quae dicis agenda iis erant profecto*); vid. comment. In *Γ* est l. a. *ἀλλ' οὐκ ἐκείνων ἦν*, quam nullius pretii esse arbitror, natam enim esse e glossemate *ἐκείνων* voci *ἕτερα* olim superscripto. Bene haberet: **ἕτερα γὰρ ἦν αὐταῖσι προυργιαίτερα | τωνδί!* || *προυργιαίτερα* R] *-τατα Γ*.

χαλεπὸν αὐταῖς; [1]). — Mulieres decebat *τὸ οἰκουρεῖν*, itaque *εἰς τὰς ἐξόδους* ancillis utebantur, *φιλέξοδον* autem mulierem Epicharmus contemtim dixit *ἀτυχίαν κοσμουμένην* [2]).

17. *περὶ τὸν ἄνδρ' ἐκύπτασεν*] *operam dabat viro* [3]). Annotat priscus interpres, verbum ambiguum iocculariter nunc adhibitum esse, ut in Sophronis quibusdam verbis: *ἐνθάδε κυπτάζουσι πλεῖσται γυναῖκες.*

19. *ἐψώμισεν*] cf. Eq. 715.

20. *Scilicet alia maioris iis erant momenti quam haece* (*quae nunc a nobis aguntur*)*!* Cf. Demosthenis ad cives verba: *non simplex et firma vobis stat sententia de iis qui civitati prosunt vel nocent, ἀλλ' ἕτερά ἐστιν ἑκάστῳ προυργιαίτερα, ὑφ' ὧν παράγεσθε πολλάκις· ἔλεος, φθόνος, ὀργή, χαρίσασθαι τῷ δεηθέντι, ἄλλα μυρία* [4]). — Particulae *ἀλλὰ... γὰρ sed enim* indignationis sunt indicia, ut in Dicaeopolidis prytanes diu opperti verbis: *ἀλλ' οἱ πρυτάνεις γὰρ οὑτοιὶ μεσημβρινοί* [5]), vel in verbis mulieris Euripidem accusantis: *tacere maluissem, ἀλλὰ γὰρ βαρέως φέρω τάλαινα κτέ.* [6]).

28 sq. Cf. Pac. 1349 etc.; cum risu affirmantis est „*καὶ νὴ Δία*", de particulis *καὶ εἶτα* vid. ad Nub. 210 et 226, de adverbio *πῶς* ad Av. 278.

---

[1]) Eccl. 26 sq. — [2]) Epich. apud Stob. Floril. LXIX 17. — [3]) Vid. ad Nub. 509. — [4]) Demosth. XIX § 228; cf. Isocr. IV § 134 VI § 35 Isae. IX § 25 Dinarch. I § 11 Plat. Gorg. 458 *c*, *προὔργου* Plut. 628 etc. — [5]) Ach. 40. — [6]) Thesm. 384. Cf. etiam Vesp. 1114.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

καὶ νὴ Δία παχύ.

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

κᾆτα πῶς οὐχ ἥκομεν;

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

οὐχ οὗτος ὁ τρόπος· ταχὺ γὰρ ἂν ξυνήλθομεν.
ἀλλ' ἔστιν ὑπ' ἐμοῦ πρᾶγμ' ἀνεζητημένον
πολλαῖσί τ' ἀγρυπνίαισιν ἐρριπτασμένον.

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

ἦ πού τι λεπτόν ἐστι τοὐρριπτασμένον.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

οὕτω γε λεπτόν, ὥσθ' ὅλης τῆς Ἑλλάδος
ἐν ταῖς γυναιξίν ἐστιν ἡ σωτηρία.

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

ἐν ταῖς γυναιξίν; ἐπ' ὀλίγου τἄρ' εἴχετο!

---

24. De metro vid. ad Nub. 817. || Versum immerito del. Nauck; quo demto languet pronomen *οὗτος* vs. 25.

25. *ξυνήλθομεν*] **ξυνῆλθον ἄν*?

27. *πολλαῖσί τ'* R] *πολλαῖσιν Γ*, *-σί γ'* Reisig; an **πολλαῖς (τ') ἐν*?

31. *τἄρ'* Mehler] *γ' ἄρ' Γ* (item Av. 1542), *γὰρ* R. || *τἄρ' (γ' ἄρ') εἴχετο*] *γ' ὠχεῖτ' ἄρα* Dobree (vid. loci ad Eq. 1244 allati).

---

25. *οὐχ οὗτος ὁ τρόπος*] ***non istud est quod suspicaris***; alia est rei ratio [1]).

26 sq. Aliquanto graviora quam quae amica modo suspicabatur moliri se Lysistrata significat ipso pondere verborum quibus utitur; nam plane tragicae amplitudinis et fortasse e tragoedia aliqua desumta haec sunt, de quibus vid. ad Ran. 931.

27. *ἐρριπτασμένον*] verbum *ῥιπτάζεσθαι* [2]), quo proprie pingitur homo huc illuc insomnis se iactans, nota figura transfertur nunc ad ipsas res quas mente volvit dum in lecto se iactat. De verbi termino vid. ad Nub. 509.

28. *At tenue opinor* — non magnum crassumque — *est id quod multum et saepe iactatum est.*

29. *γε*] cum risu affirmantis.

31. *ἐπ' ὀλίγου τἄρ' εἴχετο*] *tenue profecto praesidium!* — Pro *ἔχεσθαι* in hac locutione, quae a navibus in procella periclitantibus desumta est, dici solet *ὀχεῖσθαι* [3]), subsimilia tamen sunt Phocaeensium ducis apud Herodotum verba: *ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς ἔχεται ἡμῖν τὰ πρήγματα* [4]), ubi *ἔχεσθαι* *tenere se, consistere* valet [5]). Duas igitur imagines nunc confundi videntur, non librariorum culpa sed ipsius poetae minus accurate loquentis. De imperfecto particulae *ἄρα* adiuncto vid. ad Vesp. 183.

---

1) Item Plat. Soph. 216 *b*; praeterea vid. ad Ran. 563. — 2) Hom. *Ξ* 257 h. Merc. 279. — 3) Vid. ad Eq. 1244. — 4) Herodot. VI 11; minus prodest collatus Soph. Ant. 1141. — 5) *ἵστασθαι* *K* 173.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ὡς ἔστ' ἐν ἡμῖν τῆς πόλεως τὰ πράγματα,
ἢ μηκέτ' εἶναι μήτε Πελοποννησίους —

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

βέλτιστα τοίνυν μηκέτ' εἶναι, νὴ Δία!

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

Βοιωτίους τε πάντας ἐξολωλέναι.

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

μὴ δῆτα πάντας γ', ἀλλ' ἄφελε τὰς ἐγχέλεις!

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

περὶ τῶν Ἀθηνῶν δ' οὐκ ἐπιγλωττήσομαι

---

32. Del. Hamaker sine iusta causa; vid. comment.
33. μήτε Γ] μηδὲ R.
36. γ'] om. R.
37. Ἀθηνῶν R] -ναίων Γ; vid. ad Eq. 159.

---

32. Item in Pluto sycophanta: *ὡς εἰς ἔμ' ἥκει τῆς πόλεως τὰ πράγματα* [1]). Nostro tamen loco alia est vis particulae *ὡς*, de qua vid. ad Ach. 333. Praeterea cf. Praxagorae verba in Ecclesiazusis [2]) et de locutione *τῆς πόλεως τὰ πράγματα* vid. ad Eq. 130.

— *ἐν ἡμῖν*] vid. ad Av. 1677.

33. *ἢ*] id quod *εἰ δὲ μή* nunc valet. Nam hoc est quod dicit Lysistrata: *ἐν ἡμῖν ἐστιν ἢ σῶσαι τὴν πόλιν ἢ μηκέτι εἶναι μήτε τοὺς πολεμίους μήτε αὐτὰς τὰς Ἀθήνας.* Apte autem contuleris Iphigeniae ad mulieres Tauricas verba: *ὦ φίλταται γυναῖκες, εἰς ὑμᾶς βλέπω, | καὶ τἄμ' ἐν ὑμῖν ἐστιν ἢ καλῶς ἔχειν | ἢ μηδὲν εἶναι* [3]).

34. *βέλτιστα τοίνυν*] vid. ad Eq. 30 et 609.

35. Variatur verborum structura; expectatur enim: *μήτε Βοιωτίους* (*εἶναι*).

36. Ridiculi quid admiscetur, quemadmodum solet comicus ubicunque seria agit; id quod ipsum praesertim huius fabulae argumentum testatur luculentissime. Simillimus iocus est infra [4]). — Particulas *μὴ δῆτα ... γε* sic usurpat etiam sodalis Euripidis in Thesmophoriazusis [5]), verbum *ἀφελεῖν* sensu *excipiendi* vel *omittendi* coryphaeus in Pace [6]), de *anguillis Boeotiis* vid. Ach. 880 sqq. et ad Vesp. 510.

37 sq. Nunc dicendum erat: *μήτε Ἀθηναίους εἶναι* vel: *αὐτούς τε Ἀθηναίους ἐξολωλέναι.* Sed male ominatis verbis ne utatur, addit: *de Athenis vero nihil eiusmodi ex me audies.* Sic Clytaemestra de nuntio adventante apud Aeschylum: *ἢ τὸ χαίρειν μᾶλλον ἐκβάξει λέγων, | τὸν ἀντίον δὲ τοῖσδ' ἀποστέργω λόγον* [7]). Perridiculum autem est quod addit mulier haec *φιλόπατρις*: *attamen dixisse me tu putes velim* [8]). Verbum *ἐπιγλωττᾶσθαι* id valet quod *ἐποιωνίζεσθαι, ἐπιφημίζεσθαι, verbis male ominatis uti* [9]).

---

1) Plut. 919. — 2) Eccl. 105—108. — 3) Eur. Iph. T. 1057 sqq.; praeterea cf. Plut. 350 sq. — 4) Vid. vs. 702. — 5) Thesm. 540. — 6) Pac. 454. — 7) Aesch. Agam. 498 sq. — 8) *Maar gij moet maar denken dat ik het gezegd heb.* Vid. ad Plut. 361 sq. — 9) Redit Aesch. Prom. 928 Choeph. 1045.

τοιοῦτον οὐδέν,... ἀλλ' ὑπονόησον σύ μοι.
ἢν δὲ ξυνέλθωσ' αἱ γυναῖκες ἐνθαδί,
αἵ τ' ἐκ Βοιωτῶν αἵ τε Πελοποννησίων
ἡμεῖς τε, κοινῇ σώσομεν τὴν Ἑλλάδα.

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

τί δ' ἂν γυναῖκες φρόνιμον ἐργασαίμεθα,
ἢ λαμπρόν, αἳ καθήμεθ' ἐξανθισμέναι
κροκωτοφοροῦσαι καὶ κεκαλλωπισμέναι
καὶ κιμβερίκ' ὀρθοστάδια καὶ περιβαρίδας;

---

38. ἀλλ'] ἄλλ' Brunck (*aliud te suspicari velim*), iure reprehensus a Blaydesio; vid. comment.

39. ἐνθαδί] ἐνθάδε R Γ.

42. γυναῖκες] αἱ γ. Blaydes (coll. vs. 1183 Eccl. 246 Plut. 15 etc.); sed vid. Av. 173. || ἐργασαίμεθα Clem. Alex. Paedag. III 2 § 7] -σαίατο codd. (et Clem. l. l. II 10 § 109).

43. ἐξανθισμέναι Clem. Alex. III 2 § 7] ἐξηνθισμέναι R Γ, item Clem. II 10 § 111, ubi nostrum locum spectans „ἡδεῖαν" ait „ἐσθῆτα ὑφαντέον (mulieribus), οὐχὶ δὲ καθάπερ τὰς γραφὰς πρὸς τὸ τερπνὸν τῆς ὄψεως ἐξανθιστέον" (cf. Hermipp. fr. 5 sq. Plat. Rep. 557 *c*). Idem vitium Philemon. fr. 79^6 correxit Naber (ἐξηνθισμένον de *carnibus* bene assatis dictum, l. ἐξανθισμένον), et Epicrat. fr. 6^5 correxit Blaydes.

44. κροκωτοφοροῦσαι Γ] κροκωτὰ φοροῦσαι R; simile vitium est Av. 1283.

45. καὶ ... -δας;]; τί ... -δες; Bentley. || κιμβερίκ'] κιμμεριχ Γ (cf. Phot. κιμμερικόν), κιμβερινκ R (i. e. κιμβερι^{κ}ν, cf. schol.: κιμβερινά).

39—41. Lysistrata postquam dixit: *nisi a feminis servabuntur Graeci, peribunt*, ad priorem enuntiati partem revertitur.

42. De verborum structura vid. ad Av. 173, cum ipsa sententia cf. Ismenae Sophocleae ad sororem verba: ἀλλ' ἐννοεῖν χρὴ τοῦτο μέν, γυναῖχ' ὅτι | ἔφυμεν, ὡς πρὸς ἄνδρας οὐ μαχουμένω, | ἔπειτα δ' οὕνεκ' ἀρχόμεσθ' ἐκ κρεισσόνων [1]).

43. ἐξανθισμέναι] *flavis crinibus ornatae*; quem morem, ut postea Romae, sic hoc tempore Athenis invaluisse, praeter nostrum locum testatur Euripidis versiculus: ἔρως ... | φιλεῖ κάτοπτρα καὶ κόμης ξανθίσματα [2]). Non tamen modestarum hoc erat mulierum; quapropter vir aliquis tristis et severus apud Menandrum uxorem repudians τὴν ξανθίζουσαν τοὺς πλοκάμους εἴργει τῆς οἰκίας his verbis: νῦν δ' ἔρρ' ἀπ' οἴκων τῶνδε· τὴν γυναῖκα γὰρ | τὴν σώφρον' οὐ δεῖ τὰς τρίχας ξανθὰς ποιεῖν [3]). — Cf. μελαίνεσθαι de iis dictum qui canos vel rufos suos capillos *nigro* colore tingunt [4]). — De *carnibus* ἐξανθισμέναις vid. ad Ach. 1047.

44. κροκωτοφοροῦσαι] de re vid. ad Ran. 46 sq., de verbi forma ad Av. 1283.

45. Verbum φοροῦσαι e praecedenti versu est eliciendum; κιμβερικὰ ὀρθοστάδια est *pretiosum* aliquod genus *tunica-*

---

[1]) Soph. Ant. 61 sqq. — [2]) Eur. fr. 324; cf. etiam Electr. 1071. — [3]) Menandr. fr. 610 apud Clem. Alex. Paed. III 2 § 6. Pro ποιεῖν malim *φορεῖν. — [4]) Eccl. 736.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ταῦτ' αὐτὰ γάρ τοι καί ἐσθ' ἃ σώσειν προσδοκῶ,
τὰ κροκωτίδια καὶ τὰ μύρα χαὶ περιβαρίδες
χἠ ἔγχουσα καὶ τὰ διαφανῆ χιτώνια.

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

τίνα δὴ τρόπον ποθ';

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ὥστε τῶν νῦν μηδένας
ἀνδρῶν ἐπ' ἀλλήλοισιν αἴρεσθαι δόρυ.

---

47. *χαί* Reisig] *καί* R *Γ*.
48. Post vs. 45 habet R (aberraverant oculi scribentis a voce *περιβαρίδας* ad similem versus 47 exitum). ‖ *ἔγχουσα*] *'γχουσα* R *Γ*, quod scholion non recte interpretatur *ἄγχουσα*. Cf. Etym. M. 313,30: *διὰ τοῦ ᾱ λέγεται ἄγχουσα, Ἀττικοὶ δὲ διὰ τοῦ ε̄.*
49. *μηδένας* Meineke] *-να* R *Γ*. Cf. Cobet Misc. Crit. p. 460 et 485.

---

rum rectarum, quod ipsa mox Lysistrata interpretatur *διαφανῆ χιτώνια* [1]). Extra lexica autem [2]) nonnisi h. l. occurrit vox. *Περιβαρίδες calceorum* nomen redit in Theopompi quem scholia laudant versu: *ὑποδοῦ λαβὼν <ἀνύσας τι> τὰς περιβαρίδας* [3]), et in versu Cephisodoti: *νῦν δ' ὥσπερ ἡ (ὡσπερεὶ?) θεράπαιν' ἔχω περιβαρίδας* [4]); quem qui servavit Pollux, *servile* potissimum calceamenti id fuisse genus inde effecit [5]), recte, nisi quod tempora distinguenda esse apparet: — quod olim singularis elegantiae fuerat, id postea mancipiis tantum dignum est visum. Nempe varium et mutabile semper femina.

46. Simillimis Euripides in Thesmophoriazusis utitur verbis: *τοῦτ' αὐτὸ γάρ τοι καὶ ἀπολεῖν με προσδοκῶ* [6]). Praeterea vid. ad Ran. 73. Nostro loco absolute dictum est *σώσειν*, eo sensu quo *σωτήρια ἔσεσθαι*. Nisi quis malit obiectum (*τὴν Ἑλλάδα*) mente supplere.

47 sq. Ipsa Calonicae verba repetit Lysistrata; *unguenta* autem et *anchusam* dicens *τὸ καλλωπίζεσθαι* respicit, et *τὰ κιμβερικά* vocat *tunicas pellucidas*, quarum etiam infra fit mentio [7]). *Ἔγχουσα* sive *anchusa tinctoria* (rubri coloris) etiam in Ecclesiazusis commemoratur [8]). — Huiuscemodi artificiis abstinere iubentur mulieres mysteriorum Andaniae celebratorum participes: *ἐχόντω τὸν εἱματισμὸν λευκόν, αἱ δὲ γυναῖκες μὴ διαφανῆ .... αἱ παῖδες καλάσηριν καὶ εἱμάτιον μὴ διαφανές. μὴ ἐχέτω δὲ μηδεμία χρυσία μηδὲ φῦκος μηδὲ ψιμίθιον κτέ.* [9]).

50. *αἴρεσθαι δόρυ*] locutio haec est sublimior [10]). Cf. quod vulgatae magis est dictionis, *αἴρεσθαι πόλεμον* [11]).

---

[1]) Vs. 48. — [2]) Vid. Phot. Hesych. Poll. VII 49. — [3]) Theopomp. fr. 52. — [4]) Cephisodot. fr. 4. Cf. Hesych. *βηρίδες: ὑποδήματα ἃ ἡμεῖς ἐμβάδας λέγομεν. Non* occurrit vox ubi plurima recensentur calceamentorum genera: Herod. Mimiamb. VII 53 sqq. — [5]) Vid. Poll. VII 87 et 92. — [6]) Thesm. 81. — [7]) Vs. 150 sq.; cf. praeterea Eccl. 409. — [8]) Eccl. 929; praeterea vid. Ar. fr. 320^3 Amips. 3 Xen. Oecon. 10 § 2, *ἐγχουσίζεσθαι* fr. com. adesp. 991. — [9]) Collitz. 4689^{16-22}. — [10]) Cf. Soph. O. C. 424 Eur. Heracl. 313. — [11]) Vid. ad Ach. 918.

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

κροκωτὸν ἄρα, νὴ τὼ θεώ, ἐγὼ βάψομαι.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

μηδ' ἀσπίδα λαβεῖν.

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

κιμβερικὸν ἐνδύσομαι.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

μηδὲ ξιφίδιον.

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

κτήσομαι περιβαρίδας.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ἆρ' οὐ παρεῖναι τὰς γυναῖκας δῆτα χρῆν;

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

οὐ γὰρ μὰ Δί' ἀλλὰ πετομένας ἥκειν πάλαι.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ἀλλ', ὦ μέλ', ὄψει τοι σφόδρ' αὐτὰς Ἀττικάς,

---

51. *βάψομαι*] *ἐνάψομαι* vHerwerden coll. Eccl. 80.
52 sq. *μηδ(ὲ)* R] *μήτ(ε)* *Γ*.
52. *ἀσπίδα* R] *-δας* *Γ*. || *κιμβερικὸν* R] *κιμμερικὸν* *Γ*.
54. *δῆτα χρῆν*] *δῆτ' ἐχρῆν* R *Γ*. Cf. Plut. 432 etc.
56. *τοι* *Γ*] *γε* R.

51—53. Compositionem simillimam habet Avium locus vs. 598 sqq.

51. *Vestem igitur croceo colore tinguendam curabo* [1]). Cf. *ποιεῖσθαι* *faciendum curare* [2]), *διδάσκεσθαι* *docendum curare* [3]), et de feminarum iureiurando *νὴ τὼ θεώ* vid. ad Ach. 905.

52. *μηδ' ἀσπίδα λαβεῖν*] cf. Pac. 438 et vid. ad Ach. 279.

54. *Nonne igitur optimo iure eas vitupero nunc cunctantes?*

55. *οὐ γὰρ μὰ Δί' ἀλλὰ*] vid. ad Plut. 22 et Ran. 58.

— *πετομένας*] fortius hoc est quam quod dici solet *τρέχων* [4]). Idem fere valet *φερόμενος* [5]). Vid. etiam de participii *πετομένου* sensu translato Av. 169.

56. *ὦ μέλε*] non distinguitur femininum a masculino [6]). Cf. *τάλαν* interiectionis loco etiam ad mulieres dictum [7]), item *κατάρατε* [8]), *καταγέλαστε* [9]). Fortasse etiam *ἀγαθέ* Thesm. 1077 huc facit.

---

1) *Dan zal ik mij een kleed laten geel verwen.* — 2) Pac. 69, 288 Thesm. 425 etc. — 3) Nub. 1338. — 4) Vid. Ach. 828 etc. et ad Vesp. 30. — 5) Theophil. fr. 11^2 etc. — 6) Cf. vs. 157 Eccl. 120, 133, 245. — 7) Vs. 101 Ran. 559 Eccl. 124 Machon apud Athen. 578 *e*. — 8) Vs. 530. — 9) Vs. 751; quamquam ultima duo non sunt trium terminationum adiectiva.

ἅπαντα δρῶσας τοῦ δέοντος ὕστερον.
ἀλλ' οὐδὲ παράλων οὐδεμία γυνὴ πάρα,
οὐδ' ἐκ Σαλαμῖνος.

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

ἀλλ' ἐκεῖναί γ' οἶδ' ὅτι
ἐπὶ τῶν κελήτων διαβεβήκασ' ὄρθριαι.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

οὐδ' ἃς προσεδόκων καὶ ἐλογιζόμην ἐγὼ
πρώτας παρέσεσθαι δεῦρο, τὰς Ἀχαρνέων
γυναῖκας, οὐχ ἥκουσιν.

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

ἡ γοῦν Θεογένους
ὡς δεῦρ' ἰοῦσα τἀκάτειον ἤρετο. —

---

60. *ὄρθριαι* R] *ὄρθιαι* Γ.
63. *Θεογένους* schol.] *Θεαγ.* R; vid. ad Av. 822.
64. **τἀκάτειον ἤρετο*] *τἀκάτιον ἤρετο* R, *θοὐκάτειον ἤρετο* Suid. (bis), idque legit

---

57. *Nunc quoque cernere erit illam nostram δυσβουλίαν* [1]).

58. *παράλων*] non remiges navis Paraliae nunc sunt intellegendi [2]), ut Ran. 1071, sed in universum incolae orae maritimae.

59 sq. *At illae certe primo mane, sat scio, conscenderunt suos celetes.* — Et navigium est *κέλης* [3]) et aliud quid nunc significatur [4]). Simillimum iocum Salaminis mentio praebet initio Concionantium [5]).

61—63. Grata ipsamque vitam imitata in his verbis est neglegentia. De accusativo *τὰς γυναῖκας* vid. ad Av. 652 sq.; negationem sic magna cum gravitate iterat etiam Philoctetes Sophocleus audita morte Aiacis: *οἴμοι τάλας! ἀλλ' οὐχ ὁ Τυδέως γόνος, | οὐδ' οὑμπολητὸς Σισύφου Λαερτίῳ, | οὐ μὴ θάνωσι!* [6]).

62. Acharnenses Peloponnesiorum incursionibus et olim bello Archidamio miserrime fuerant vexati [7]), et tunc vexabantur, ex quo Deceleam occupatam tenebant Lacedaemonii. Recte igitur scholion: „*εἰκότως, ἐπεὶ ὁ δῆμος τῶν Ἀχαρνέων ἐτέτμητο* [8]), *διὰ τοῦτο τὰς ἐκεῖθεν προσδοκᾷ γυναῖκας.*"

63 sq. Vox *mulier* e Lysistratae verbis mente est repetenda [9]). *Theogenem* quendam iactatorem ex Avibus novimus [10]), qui quin nunc spectetur vix dubium videtur, et fortasse ex hoc loco efficere licet eum fuisse inter eos qui cives adhortari solerent ad bellum strenue agendum. Certum est *Acharnenses* eo tantum consilio nunc commemorari ut iocus de Theogene possit subnecti.

64. *τἀκάτειον ἤρετο*] haec si sincera sunt verba [11]), iocülariter adhibetur locu-

---

[1]) Cf. Nub. 587—589. — [2]) Quod coll. Thucyd. VIII 73 sq. fortasse suspicetur quis. — [3]) Vid. Thuc. I 53 § 1 VIII 38 § 1 etc. — [4]) Cf. vs. 677 Vesp. 501 et de tempore antelucano infra vs. 966, 1089 Ach. 256. — [5]) Eccl. 38 sq. — [6]) Soph. Phil. 416 sqq.; cf. etiam Ar. Thesm. 492, 501, 561. — [7]) Vid. Prolegom. Acharn. p. VIII sqq. — [8]) Sic scripsi pro *ἐτετίμητο*. — [9]) Item vs. 270; vid. etiam ad Eq. 448 sq. — [10]) Vid. ad Av. 1127. — [11]) Vid. annot. crit.

ἀτὰρ αἵδε καὶ δή σοι προσέρχονταί τινες.
αἳ δ' αὖ γ' ἕτεραι χωροῦσί τινες. ἰού, ἰού!
πόθεν εἰσίν;

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

Ἀναγυρουντόθεν.

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

νὴ τὸν Δία.
ὁ γοῦν Ἀνάγυρός μοι κεκινῆσθαι δοκεῖ.

(Prodeunt **Myrrhina** aliaeque mulieres.)

SCENA SECUNDA.

Lysistrata, Calonica, Myrrhina.

ΜΥΡΡΙΝΗ.

μῶν ὕστεραι πάρεσμεν, ὦ Λυσιστράτη;

---

schol. R: *„ἀκάτιον τὸ ἐκ τῆς Ἑκάτης ξόανον"* (i. e. *τὸ ἑκατεῖον· τὸ Ἑκάτης ξόανον*), probavit Bentley ad Callim. fr. 227; sed *Hecatei* mentio (de quo vid. Vesp. 804) quomodo huic loco apta esse possit non intellego equidem. Cf. commentarius; Polluci si sit fides, VII 93 referenti: *„τὰ δὲ πλοιάρια καὶ ἀκάτια ὀνομάζει Ἀριστοφάνης, εἶδος ὄντα γυναικείων ὑποδημάτων"*, coniecerim **τἀκάτι' ὑπεδήσατο.*

65 sq.ᵃ Lysistratae tribuit Dobree.

66. *αἳ δ' αὖ γ'* Meineke] *αἵδ' αὖθ'* R; *αἱδὶ δ'* Dobree, *αὗται δ'* Bergk (cf. vs. 736).

---

tio e re navali desumta [1]), *velificandi* igitur verbum sensu *se parandi* accipiendum.

65. Vid. ad Av. 268 et de pronominum iunctura ad Eq. 1196; pronominis *σοι* idem est usus infra vs. 909.

67 sq. Ut supra *Salaminiorum* et *Acharnensium*, sic nunc *Anagyrasiorum* — hoc enim demi Anagyruntis civibus erat nomen [2]) — eo tantum consilio fit mentio ut verborum lusus inde deducatur. Apparet autem e nostro loco in proverbio fuisse *κινεῖν τὸν Ἀνάγυρον*, quocum apte collatum est illud *Camarinam movere*, de iis quae non tetigisse praestat. Nempe Anagyrasiorum heros eponymus Anagyrus vim suo sacello illatam gravissimis poenis aliquando ultus esse ferebatur; quod argumentum e tragoedia desumtum ipse Aristophanes his annis [3]) tractavit in fabula *Anagyro*. Recte autem apud Zenobium [4]) inde deducitur proverbium, quod nostro loco legitur; quae vero et illic additur explicatio altera et sola profertur in scholiis et Suidae Hesychiique lexicis, ab *herba* quadam graveolenti ductam esse locutionem, eam errori haud dubitanter tribuo, sive revera hoc fuit herbae alicuius nomen, sive ipsum hoc nomen debetur vitio [5]). Novam inauditamque vim nunc illi dicterio tribuens Calonica *iure, opinor,* — ait — *iam dixeris motum esse Anagyrum,* nam totus ille demus huc commigrare videtur. De cuiusmodi iocis vid. ad Eq. 79.

---

[1]) Cf. *καταβάλλειν τἀκάτια* Epicrat. fr. 10. — [2]) *Ἀναγυρουντόθεν* redit Archipp. fr. 27. — [3]) Temporis indicium habet fr. 53. — [4]) Zenob. II 55. — [5]) Nam etiam *ὀνόγυρος* et *ἀγχύρις* vocatur.

τί φῂς; τί σιγᾷς;

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

οὐκ ἐπαινῶ, Μυρρίνη,
ἥκουσαν ἄρτι περὶ τοιούτου πράγματος.

ΜΥΡΡΙΝΗ.

μόλις γὰρ ηὗρον ἐν σκότῳ τὸ ζώνιον.
ἀλλ' εἴ τι πάνυ δεῖ, ταῖς παρούσαισιν λέγε.

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

μὰ Δί', ἀλλ' ἔτ' ἀναμείνωμεν ὀλίγου γ' οὕνεκα
τάς τ' ἐκ Βοιωτῶν τάς τε Πελοποννησίων
γυναῖκας ἐλθεῖν.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

πολὺ σὺ κάλλιον λέγεις.
ἡδὶ δὲ καὶ δὴ Λαμπιτὼ προσέρχεται.

(Prodeunt Lampito Lacaena aliaeque puellae duae Boeotia et Corinthia.)

SCENA TERTIA.

Lysistrata, Calonica, Myrrhina, Lampito.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ὦ φιλτάτη Λάκαινα, χαῖρε, Λαμπιτοῖ.

---

70. Μυρρίνη] -νηι R, -νη | σ' Bergk, Μυρρίνην Invernizzi.

74—77. Sic distribui; in R vs. 74—76a sunt Lysistratae, 76b sq. Myrrhinae, sed huius verba unice convenire Lysistratae cum testatur σύ pronomen, quod *ducis* est alteram sententiarum prolatarum magis probantis, tum vero *Lampitonis* nomen, quam soli Lysistratae cognitam esse fert ratio. Cf. autem Ach. 175 sq.

74. ἔτ' ἀναμείνωμεν Blaydes] ἐπαν. R. || οὕνεκα] εἵνεκα R.

---

70. *τί φῂς; τί σιγᾷς;*] item Thesm. 144 [1]. — *οὐκ ἐπαινῶ, Μυρρίνη*] item in Thesmophoriazusis sagittarius indignatus: *οὐκ ἐπαινῶ, γρᾴδιο!* [2].

71. *ἄρτι*] *nunc demum*, ut infra: *ἄρτι νυνὶ μανθάνω nunc demum rem intellego* [3], vel in versiculo Pherecratis: *νῦν δ' ἄρτι μοι τὸ γῆρας ἐντίθησι νοῦν* [4].

— *περὶ*] de praep. vid. ad Eq. 669.

73. Item infra: *εἰ δὲ πάνυ δεῖ τοῦτο δρᾶν* [5].

74. *ὀλίγου γ' οὕνεκα*] *paullisper* [6].

76. *πολὺ σὺ κάλλιον λέγεις*] *multo hoc satius est* [7], *magis sapis* [8]. Similia vid. ad Plut. 1119, et cf. Pisetaeri vox ad nuntium: *εὖ λέγεις* [9].

77. *ἡδὶ δὲ καὶ δὴ... προσέρχεται*] vid. Av. 268.

---

1) Et Soph. Phil. 805. — 2) Thesm. 1213. — 3) Vs. 1008; item Eur. Alc. 940 Bacch. 1297. — 4) Pherecrat. fr. 146^6. — 5) Vs. 1219. — 6) *Als het nog maar om een oogenblik te doen is.* — 7) Item Plat. Phaedr. 277 *a* Theaet. 161 *b*. — 8) Plaut. Mil. V 29. — 9) Av. 1124.

οἷον τὸ κάλλος, ὦ γλυκυτάτη, φαίνεται!
ὡς δ' εὐχροεῖς! ὡς δὲ σφριγᾷ τὸ σῶμά σου!
κἂν ταῦρον ἄγχοις.

ΛΑΜΠΙΤΩ.

μάλα γ', οἰῶ, ναὶ τὼ σιώ.
γυμνάδδομαι γὰρ καὶ ποτὶ πυγὰν ἅλλομαι.

(Admirabundae circumstant eam mulieres et contrectant.)

ΜΥΡΡΙΝΗ.

ὡς δὴ καλὸν τὸ χρῆμα τῶν τιτθῶν ἔχεις!

---

79. *ὦ γλυκυτάτη* Bothe] *ὦ γλ. σου* R; *γλ. σου* Bisetus, *σου γλ.* Scaliger, *ὦ γλύκη σου* Meineke (cf. Eccl. 985).
81. *γ'* Reisig] *γὰρ* R. ‖ *τὼ* Aug.] om. R.
82. *γὰρ* Halbertsma] *γε* R.
83. Myrrhinae (vel Calonicae) hunc versum tribui; in R appicta est paragraphus, postmodo Lysistratae adscriptum est nomen. ‖ *τιτθῶν* Scaliger] *τιτθίων* R, Kuster *τὸ χρῆμα τιτθίων ἔχεις* (cf. Ach. 150), Cobet *τι χρ. τιτθίων ἔχεις* (sed vereor ut *ὡς* et *τι* sic possint iungi), Blaydes *τὸ χρ. τῶν μήλων ἔχεις* (coll. vs. 155 Eccl. 903); probabilius Bergk *τὸ χρῆμ' ἔχεις τῶν τιτθίων*, sed vid. comment.

---

79 sq. Lacedaemonem *καλλιγύναικα* inde ab Homero novimus [1]; in oraculo, quo singularum Graeciae regionum laudantur dotes, Thessala arva dicuntur praestare, equi Thracii, mulieres Lacaenae [2].

80. *ὡς δὲ...!*] vid. ad Eq. 269.

— *εὐχροεῖς*] nullos fucos requirebat cutis aëre aperto solisque radiis colorata.

— *σφριγᾷ*] vid. ad Nub. 799.

81. *ναὶ τὼ σιώ*] vid. ad Ach. 905. Littera *sigma* Aristophanes nunc — et infra passim — ita ut potest indicat sonum, quem ipsi Lacones littera Θ reddebant, ita autem fere pronuntiabant ut Britanni sonum *th* in verbo *to think* similibusque [3]).

82. Nota erat libertas, qua puellae Lacaenae corpus nudabant et exercebant, non aedium interiora servantes, ut feminae Atticae, sed *ξὺν νέοισιν ἐξερημοῦσαι δόμους,* | *γυμνοῖσι μηροῖς καὶ πέπλοις ἀνειμένοις* — i. e. *σχιστῷ χιτῶνι* indutae sine cingulo — | *δρόμους παλαίστρας τ' ...* | *κοινὰς ἔχουσαι* [4]). — De terminatione verbi *γυμνάδδομαι*, qualia multa praebet lex Gortynia, vid. ad Ach. 732. Locutionem *πρὸς πυγὴν ἅλλεσθαι* [5]) scholia interpretantur: ita saltare ut calcibus nates tuas contingas. Quod genus saltationis Lacedaemoniis proprium fuisse ibique *βίβασιν* fuisse dictum, affirmat Pollux [6]).

83. Nutrices Lacaenae a matronis Atticis solebant expeti [7]). Exemplo sit hoc IVi saeculi epigramma, quod Athenis est repertum: *ἐνθάδε γῆ κατέχει τίτθην παίδων Διογείτο* | *ἐκ Πελοποννήσο τήνδε δικαιοτάτην.* | *Μαλίχα Κυθηρία* [8]).

— *ὡς δή... ἔχεις!*] item apud Anaxan-

---

[1]) Hom. *ν* 412. — [2]) Or. Hendess. n⁰ 178. — [3]) Vid. ann. crit. ad Ach. 905, Kirchhoff Thukydides und sein Urkundenmaterial p. 105, et cf. infra vs. 980. — [4]) Eur. Andr. 597 sqq.; cf. Xen. Rep. Lac. 1 § 4. — [5]) Item Hippocrates (II 493 Ermer.) ab Herwerdeno collatus: *πρὸς πυγὴν πηδῆσαι.* — [6]) Poll. IV 102. — [7]) Ut apud nos *geldersche minnen* et apud vicinos *les nourrices Normandes.* — [8]) Kaib. Epigr. 47.

ΛΑΜΠΙΤΩ.

ᾇπερ ἱερεῖόν τοί μ' ὑποψαλάσσετε.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ἡδὶ δὲ ποδαπή 'σθ' ἡ νεᾶνις ἀτέρα;

ΛΑΜΠΙΤΩ.

πρέσβειρά τοι, ναὶ τὼ σιώ, Βοιωτία
ἵκει ποθ' ὑμέ.

ΜΥΡΡΙΝΗ.

ναὶ μὰ Δία Βοιωτία,
καλόν γ' ἔχουσα τὸ πεδίον.

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

καί, νὴ Δία,
κομψότατα τὴν βληχώ γε παρατετιλμένον.

---

85 et 90. *ἀτέρα*] *ἠτέρα* R.

87. *ὑμέ*] *ἀμέ* Hamaker.

87b sq.a Myrrhinae dedi; in R tribuitur Lysistratae (prima manus solum signum personae mutatae scripsit). || *ναὶ μὰ Δία* Meineke] *νὴ Δί' ὦ* R, *νὴ Δί' ὡς* Bothe.

88b sq. Calonicae dedit Bentley; solum signum personae mutatae pinxit R, sed postmodo Lampitonis adscriptum est nomen.

89. *τὴν* Bentley] *τὰν* R. || **παρατετιλμένον*] *-νη* R; „campi" illius, non ipsius puellae, novae adduntur laudes.

---

dridam nescio quis: *ὡς δὴ παχεῖαν τὴν περιζώστραν ἔχει!* [1]).

— *τὸ χρῆμα τῶν τιτθῶν*] de *χρήματος* vocis hoc usu vid. ad Vesp. 266. Inter vocem *τιτθόν*, nonnisi Thesm. 640 apud comicos praeterea obviam, et deminutivum *τιτθίον* [2]) quid intersit bene exposuit Peppler v. d. his verbis: „Diminu„tives are the natural language *of* „*love* . . . Whenever a man's passions are „aroused . . . diminutives occupy a pro„minent place in his vocabulary" [3]). — Cf. Lys. I § 12 Teleclid. fr. 31.

84. *ᾇπερ ἱερεῖον*] *tanquam hostiam*, ut efficiatur *εἴ ἐστι παχεῖα* [4]). Digna quae conferatur est *militum* cum victimis [5]) comparatio apud Philemonem, ubi latronem sic aliquis increpat: *στρατιῶτα, κοὐκ ἄνθρωπε, καὶ σιτούμενε | ὥσπερ ἱερεῖον, ἵν' ὅταν ᾖ καιρὸς τυθῇς!* [6]).

— *ὑποψαλάσσετε*] *palpatis, contrectatis*; cf. infra *ἀψάλακτος* = *ἄθικτος* [7]). Eiusdem stirpis est *ψηλαφᾶν* [8]), similis autem verbi *βλιμάζειν* est potestas [9]).

86. *ναὶ τὼ σιώ*] vid. ad Ach. 905.

88. Boeotia quin sit ea, cui tam pulcrum sit „*πεδίον*", minime dubium esse ait Myrrhina. Notissima erat planitiei Boeotiae fertilitas [10]), de ambigua autem voce *πεδίῳ* vid. ad Av. 506 sq.

89. *κομψότατα*] vid. ad Ran. 967.

— *τὴν βληχώ*] inter hortorum Boeotiorum bona etiam *pulei* fit mentio [11]).

— *παρατετιλμένον*] vid. ad Ran. 516.

---

1) Anaxandr. fr. 69. — 2) Ach. 1199 etc. — 3) Peppler Comic Terminations p. 19; „*τιτθός* passionless" ibid. — 4) Cf. Eq. 1139. — 5) *Chair à canon.* — 6) Philemon. fr. 155. — 7) Vs. 275. — 8) Hom. ι 416 etc. — 9) Vs. 1164 Av. 530. — 10) Cf. Ach. 873 sqq. Pac. 1003 sqq. — 11) Ach. 861, 869.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

τίς δ' ἁτέρα παῖς;

ΛΑΜΠΙΤΩ.

χαΐα, ναὶ τὼ σιώ,
Κορινθία δ' αὖ.

ΜΥΡΡΙΝΗ.

χαΐα, νὴ τὸν Δία,
δήλη ἐστὶν οὖσα ταυταγὶ καὶ ἐντευθενί.

ΛΑΜΠΙΤΩ.

τίς δ' αὖ συναλίαξε τόνδε τὸν στόλον
τὸν τᾶν γυναικῶν;

90. χαΐα] χαΐα μὲν R; voculam μὲν del. Invernizzi, qua servata Brunck dein delebat τώ. — Spiritum asperum addidi, item saepius infra in vocabulis Laconicis (vs. 995—1313), ex auctoritate inscriptionum Laconicarum (vid. comment. ad vs. 980) et ad exemplum vocis ταῶ (de qua vid. ad Ach. 63).

91b sq. Myrrhinae dedi; R habet signum personae mutatae, recens manus tribuit Lysistratae.

92. οὖσα ταυταγὶ] οὖσ' ἐνταυθαγὶ Bentley. ‖ καὶ ἐντευθενί (κἀντ.) Bentley] τἀντευθενί R.

93. συναλίαξε] ξυν. R.

90 sq. χαΐα — αὖ] *generosa profecto; et Corinthia quidem est haec.* Vox laconica χάϊος = ἀγαθός, quam e χάσιος natam [1]) testatur glossa Hesychiana: „χάσιος· ἀγαθός, χρηστός", infra redit [2]); praeterea apud Theocritum legitur: εἴ τι περ ἐσθλὸν | χαῷων τῶν ἐπάνωθεν *si quid boni restat ex antiquis nobilibus* [3]), et composito βαθυχαίῳ utitur Aeschylus, apud quem dux Danaidum βαθυχᾷον sive εὐγενεστάτην se vocat ipsa [4]). Denique pro glossa Hesychiana εὐχατότερον· πλουσιώτερον Kuster ingeniose coniecit εὐχαϊώτερον, cuiusmodi tamen adiectivo minus convenit explicatio *ditior.* — De exclamatione ναὶ τὼ σιώ vid. ad Ach. 905.

91 sq. Linguae peregrinae vocabulum Myrrhina ridicule nunc a verbo κεχηνέναι repetens *„utrinque sane est pervia!"* exclamat [5]). — Adverbium ἐντευθεν(ί) etiam infra sic usurpatum est [6]).

93. συναλίαξε] συνέλεξε. Laconice ἐκκλησία dicebatur ἀπέλλα et ἀπελλάδδειν id quod ἐκκλησιάζειν valebat [7]), sed *convocandi* sensu in universum eos dixisse ἁλιάδδειν, quemadmodum Iones dicebant (συν)αλίζειν et ἁλίην [8]) et ἁλής, noster testatur locus; praeterea cf. quae in doricis inscriptionibus leguntur: ἐν κατακλήτῳ ἁλίᾳ [9]) et: ἔδοξε τᾷ ἁλίᾳ [10]). Nec non huc faciunt legis Gortyniae verba: κατ-αϜελμένων τῶν πολιατᾶν (i. e.: ἠθροισμένων τῶν πολιτῶν) et epica ἀϜελλής [11]), ἀϜολλέες. Quae a stirpe verbi Ϝέλλειν ducta sunt omnia.

[1]) Vs. 1157. — [2]) De extruso sigma vid. ad vs. 980. — [3]) Theocr. VII 4 sq. — [4]) Aesch. Suppl. 859; cf. βαθύπλουτος et similia. — [5]) Cf. vs. 419. — [6]) Vs. 802. — [7]) Vid. Plut. Lyc. 6 Inscr. Collitz. 4567^{21} 4568^{41} Hesych. s. v. — [8]) Vid. Herodot. I 77, 125 etc., Xenoph. Anab. VII 3 § 48 etc. — [9]) Tab. Heracl. (CIG. 5774^{11}). — [10]) Inscr. Corcyr. (CIG. 1841—1844). — [11]) Hom. Γ 18.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ἧδ' ἐγώ.

ΛΑΜΠΙΤΩ.

μύσιδδέ τοι

ὅ τι λῇς ποθ' ἀμέ.

ΜΥΡΡΙΝΗ.

νὴ Δί', ὦ φίλη γύναι,
λέγε δῆτα τὸ σπουδαῖον ὅ τι τοῦτ' ἐστί σοι.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

λέγοιμ' ἂν ἤδη. πρὶν λέγειν δ', ὑμᾶς τοδὶ
ἐπερήσομαί τι μικρόν.

ΜΥΡΡΙΝΗ.

ὅ τι βούλει γε σύ.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

τοὺς πατέρας οὐ ποθεῖτε τοὺς τῶν παιδίων

---

94. *ἧδ'*] *ἅδ'* R. || *μύσιδδέ τοι* Bentley] *μυσιδδέτω* R, *μύσιδδε τύ* Toup, *μ. νυν* Blaydes. Valckenaer (Theocr. p. 279) *μουσ-* scribi hic et infra (vs. 981 et 1076) iubebat coll. Hesychii glossa *μουσίδδει*, et certum est in Laconica — ut in Boeotia — sonum *υ* servasse priscam indolem, id igitur sonuisse quod nostrum *oe*, gallicum *ou*, germanicum *u*; sed illum sonum ab Aristophane indicatum esse litteris *ου*, id minus est veri simile, quoniam *ῡ* potius sonabat atticum illud *ου*.

95b. Mutatae personae signum scripsit R; Lampitoni tribuit manus recens, Myrrhinae (cum vs. 96) dedit Beer. Cf. Eq. 725 sq.

96. Calonicae tribuit Bergk, in R est paragraphus, Myrrhinae tribuit manus recens.

97. *δ'*] om. R.

98. *τι*] *τὸ* Richards.

---

94. *μύσιδδε*] i. e. *μύθιζε*. Quod idem valere atque Atticum *λέγε*, nisi aliunde sciremus, docerent Myrrhinae verba: *λέγε δῆτα*, nam particula *δῆτα* est eorum qui verba aliena repetunt assentientes [1]. Infra verbum redit [2]), item in versu Theocriti: *μυθίσδεν τᾷ ματρί* [3]), et *προμυθικτρίας* apud Siculos dictas esse quae Athenis audiebant *προμνήστριαι* e Polluce scimus [4]). Praeterea cf. *μυθεῖσθαι* verbum.

95 sq. *ὅ τι λῇς* et *ὅ τι . . . ἐστί σοι*] *quod libet, quod habes* (non: *quid velis, quid habeas*). Cf. chori in Acharnensibus verba: *τί οὖν οὐ λέγεις . . . | ὅ τι ποτ', ὦ σχέτλιε, τὸ μέγα τοῦτ' ἔχεις* [5]).

99 sq. Thucydides de hoc tempore scribit: *ἦσαν Ἀθηναῖοι πάντες ἀεὶ οἱ μὲν ἐπὶ τείχει οἱ δ' ἐν τάξει τῶν ἐν Δεκελείᾳ πολεμίων ἕνεκα* [6]). Quo loco soli cives *ὁπλῖται* qui in urbe erant — seniores potissimum — respiciuntur; nam multo plures aberant in classe et in praesidiis.

---

[1]) Vid. ad Eq. 725 sq. — [2]) Vs. 981, 1076. — [3]) Theocrit. X 58; cf. etiam *XX 11. — [4]) Poll. III 81, cf. Ar. Nub. 41. — [5]) Ach. 359 sq. — [6]) Thucyd. VIII 69 § 1.

ἐπὶ στρατιᾶς ἀπόντας; εὖ γὰρ οἶδ' ὅτι
πάσαισιν ὑμῖν ἐστιν ἀποδημῶν ἀνήρ.

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

ὁ γοῦν ἐμὸς ἀνὴρ πέντε μῆνας, ὦ τάλαν,
ἄπεστιν ἐπὶ Θρᾴκης φυλάττων Εὐκράτη.

ΜΥΡΡΙΝΗ.

ὁ δ' ἐμός γε τελέους ἑπτὰ μῆνας ἐν Πύλῳ.

ΛΑΜΠΙΤΩ.

ὁ δ' ἐμός γα καἴ κα ἐκ τᾶς ταγᾶς ἔλσῃ ποκά,
πορπακισάμενος φροῦδος ἀμπτάμενος ἔβα.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ἀλλ' οὐδὲ μοιχοῦ καταλέλειπται φεψάλυξ.

---

101. Del. Hamaker; at minime supervacuum fuit addere id quod veri quidem est simillimum, non tamen certum. ‖ ὑμῖν] ἡμῖν Innt. fortasse recte.

102. ἀνήρ] ἤδη Lenting.

105. καἴ κα] κἄν R.

106. πορπακισάμενος] -τισάμενος R.

---

100. ἐπὶ στρατιᾶς] vid. ad Vesp. 354.

102 sq. *Ante hiemis initium* — Calonica ait — *vir meus missus est in Thraciam, necdum inde rediit*, nam clausum etiamnunc est mare. Nunc autem instant αἱ ἀρχαιρεσίαι [1]), quibus electus mox *Diitrephes* strategus missus est in oram Thraciae [2]), Eucrati successor. De Eucrate in scholiis quod annotatur: „κωμῳδεῖται ὡς δωροδόκος καὶ προδότης καὶ ξένος", bene congruit cum verbis mulierculae nostrae perridicule perhibentis milites illic cavere ne quid delinquat ipsorum dux perfidus. Nisi autem omnia nos fallunt [3]), is de quo Calonica contemtim iam loquitur est Nicerati filius, Niciae frater, qui ante quatuor annos religionis violatae reus fuerat, sed Andocidis testimonio erat liberatus [4]), anno autem 405/4 strategus denuo electus a triginta viris est interemtus [5]). Alius est ὁ στυππειοπώλης, quem ex Equitibus novimus [6]).

102. ὦ τάλαν] vid. ad vs. 56.

105. ταγᾶς] vid. ad Eq. 159.

106. Cf. Pelei nepotem lugentis clamores: ἀμπτάμενα τἀμὰ φροῦδα πάντα κεῖται [7]).

— πορπακισάμενος] λαβὼν τὴν ἀσπίδα. Dictionis peregrinae partim memor comicus, partim oblitus, verbi genuini [8]) formam admittit spuriam; dicendum enim erat πορπακιξάμενος.

107. οὐδὲ ... φεψάλυξ] *ne scintilla quidem*. Quae vocis forma etiam apud Archilochum inventa est: πυρὸς δ' ἦν αὐτῷ (?) φεψάλυξ [9]). Apud nostrum alibi est φέψαλος [10]), de similibus autem locutionibus vid. ad Vesp. 91.

---

1) Vid. Proleg. Eq. p. V, 1 et ad Ach. 593. — 2) Vid. ad Av. 798. — 3) *Tribus Antiochidis* civem quendam, qui ἐπὶ Θρᾴκης occidit teste inscriptione CIG. 171[46], intellegebat Bergk; quem tamen lapidem ad annum 425/4 probabilius refert Kirchhoff. — 4) Andocid. I § 47. — 5) Lys. XVIII § 4 sq. — 6) Eq. 129. — 7) Eur. Andr. 1219. — 8) Vid. ad Eq. 849. — 9) Archil. fr. 125. — 10) Vid. ad Ach. 279.

ἐξ οὗ γὰρ ἡμᾶς προύδοσαν Μιλήσιοι,
οὐκ εἶδον οὐδ' ὄλισβον ὀκτωδάκτυλον,
ὃς ἦν ἂν ἡμῖν σκυτίνη ἐπικουρία.
ἐθέλοιτ' ἂν οὖν, εἰ μηχανὴν εὕροιμ' ἐγώ,
μετ' ἐμοῦ καταλῦσαι τὸν πόλεμον;

ΜΥΡΡΙΝΗ.

νὴ τὼ θεὼ
ἔγωγέ τἄν, κἂν εἴ με χρείη τοὔγκυκλον
τουτὶ καταθεῖσαν . . . ἐμπιεῖν αὐθημερόν.

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

ἐγὼ δέ γ' ἂν κἂν ὡσπερεὶ ψῆτταν δοκῶ

---

108. *γὰρ*] vHerwerden *δέ γ'*. Sed vid. comment.
113. *ἔγωγέ τἄν* Lenting] *ἔγωγ' ἂν* R, *ἐγὼ μὲν ἂν* Bentley. || *χρείη* Kuster] *χρή. ἣ* R.
114. *ἐμπιεῖν* Bergk] *ἐκπιεῖν* R.
115. *ὡσπερεὶ*] *ὥσπερ ἡ* R. || *δοκῶ* | . . . *ἂν* . . . *παρατεμοῦσα*] *δέῃ* | . . . *μ'* . . . *-σαν* Meineke.

---

108 sq. *Miletus* vere anni proximi ab Atheniensibus defecerat et firmissimum iam erat Peloponnesiorum praesidium [1]). Quae res tristissima ut sine offensione nunc possit commemorari, ludicri aliquid more suo admiscet comicus. Particula autem *γάρ* non cum proxime antegressis cohaeret, sed ita argumentatur Lysistrata: *nam <si quis dicat non omnino necessarios esse viros, respondeam>* seqq.

110. Ridicule immutatur locutio *συκίνη ἐπικουρία*, de qua vid. ad Vesp. 145 [2]).

112. *νὴ τὼ θεώ*] vid. ad Ach. 905.

113 sq. Feminae quid carum magis quam vestis speciosa? [3]) Vel hanc tamen in commune commodum daturam se ait Myrrhina, si sit opus. Dicitur enim *καταθεῖναι* de persolvendis *ξυμβολαῖς*, e. g. in Antiphanis versiculo: *οὐδεὶς ὃς ἂν μὴ κατατιθῇ τὰς συμβολάς* [4]), et omnino est *τῶν εἰσφερόντων* [5]). Non confundendum autem est activum cum medio, *καταθέσθαι τὸ ἱμάτιον*, quod *ponere vestem* significat [6]). — Dein malum malo cumulans Myrrhina *etiamsi actutum* — ait — *et hacce veste carendum sit mihi et* . . . expectatur verbum gravissimum molestiaeque plenum; sequitur: *bibendum.*

115 sq. Ornatum dabat amica: sanguinis atque animae prodigam se promittit Calonica. *Vestemne ais tu? Ego vel corporis alteram partem recidere velim, ut haec sit mea ξυμβολή.* De verbo *δοκῶ* vid. ad Eq. 620 sq.; laxius autem — ut in tanta animi commotione — cohaerent mulierculae verba; nam accusativus *ὡσπερεὶ ψῆτταν* non magis habet quo referatur quam nominativus in Xanthiae illis verbis: *ἔξεστιν ὥσπερ Ἡγέλοχος ἡμῖν λέγειν κτέ.* [7]), verbum autem mente suppleri potest utrobique: *ὥσπερ Ἡγέλοχος <εἶπεν>* et: *ὥσπερ ψῆτταν <τέμνουσα>*. Ceterum egregie illustrantur haec verbis Aristophanis Platonici notissimam nar-

---

[1]) Vid. Prolegomena. — [2]) De re vid. vs. 158 et cf. fr. 320^{13} Cratin. 316. — [3]) Vox *ἔγκυκλον* his annis in usum venisse videtur; redit infra vs. 1162 Thesm. 261, 499 Eccl. 586 fr. 320^{8}. — [4]) Antiphan. fr. 26^{8}. — [5]) Vid. Eccl. 871 etc. — [6]) Vid. Plut. 926 (Eq. 1227). — [7]) Ran. 303, ubi vid.; praeterea cf. infra vs. 574.

δοῦναι ἂν ἐμαυτῆς παρατεμοῦσα θἤμισυ.

ΛΑΜΠΙΤΩ.

ἐγὼν δὲ καί κα ποττὸ Ταΰγετον ἄνω
ἔλσοιμί κ', αἰ μέλλοιμί γ' εἰράναν Ϝιδῆν.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

λέγοιμ' ἄν· οὐ γὰρ δεῖ κεκρύφθαι τὸν λόγον.
ἡμῖν γάρ, ὦ γυναῖκες, εἴπερ μέλλομεν
ἀναγκάσειν τοὺς ἄνδρας εἰρήνην ἄγειν,
ἀφεκτέ' ἐστὶ . . .

ΜΥΡΡΙΝΗ.

τοῦ; φράσον.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ποιήσετ' οὖν;

ΜΥΡΡΙΝΗ.

ποιήσομεν, κἢν ἀποθανεῖν ἡμᾶς δέῃ.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ἀφεκτέα τοίνυν ἐστὶν ἡμῖν τοῦ πέους. —

---

116. *παρατεμοῦσα*] *παρταμοῦσα* R.
117. *ἐγὼν*] *ἐγὼ* R. || *καί κα*] *κα καί* Cobet. || *ἄνω* Bothe] *γ' ἄνω* R, *κ' ἄνω* Elmsley (vid. ad vs. 180).
118. *ἔλσοιμί κ', αἰ* Blaydes] *ἔλσοιμ'· ὅπα* R; *ἔλσοιμ' ὄρος αἰ* coniecerat Meineke. || *Ϝιδῆν*] *ἰδεῖν* R. Comicum non neglexisse digamma huius verbi testatur versus 156.
119. *γὰρ δεῖ*] *δεῖ γὰρ* R.
122 sq. Myrrhinae verba R[2] dedit Calonicae; sola signa personae mutatae habet R.
123. *κἢν*] *κἂν* R. Item vs. 133.
124. *ἐστὶν ἡμῖν* Bentley] *ἡμῖν ἐστὶν* R; cf. Av. 386 Plut. 286.

---

rationem sic concludentis: *ἕκαστος οὖν ἡμῶν ἐστιν ἀνθρώπου ξύμβολον* (*pars altera*), *ἅτε τετμημένος ὥσπερ αἱ ψῆτται ἐξ ἑνὸς δύο* [1]). Nempe rhombi cognataque piscium genera corporis dimidiati praebent speciem [2]). Scholiasta absurda haec annotat: „*ψῆττα ὀρνεόν ἐστι τετμημένον κατὰ τὸ μέσον ὡς οἱ σφῆκες*", quas nugas peperisse videtur latinum horum piscium nomen *passer*. An *ψῆνας* cogitabat hic homuncio, *ὄρνεον* autem dicebat *bestiolam alatam*? [3]). Plus prodest collatum Platonis comici fragmentum, ubi Glaucetes heluo vocatur *ἡ ψῆττα* [4]).

122. *ἀφεκτέα*] vid. ad Ran. 1180.

123. Item Chremylus ad Plutum: *ἐγὼ γάρ, εὖ τοῦτ' ἴσθι, κἢν χρῇ μ' ἀποθανεῖν, | αὐτὸς διαπράξω ταῦτα* [5]).

124 sqq. Quoniam peregre abesse viros modo dixit Lysistrata, sequentia idoneo

---

[1]) Plat. Conviv. 191 *d*. — [2]) Cf. Lucian. XV § 49. — [3]) Veri duco dissimile quod suspicatus est Ruhnkenius ad Tim. s. v., scholiastam inter se confudisse voces *ψῆτταν* et *νῆτταν* vel *κίτταν*. — [4]) Plat. fr. 106. — [5]) Plut. 216 sq.

τί μοι μεταστρέφεσθε; ποῖ βαδίζετε;
αὗται, τί μοιμυᾶτε καὶ ἀνανεύετε;
τί χρὼς τέτραπται; τί δάκρυον κατείβεται;
ποιήσετ' ἢ οὐ ποιήσετ'; ἢ τί μέλλετε;

ΜΥΡΡΙΝΗ.

οὐκ ἂν ποιήσαιμ', ἀλλ' ὁ πόλεμος ἑρπέτω!

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

μὰ Δί' οὐδ' ἔγωγ' ἄν, ἀλλ' ὁ πόλεμος ἑρπέτω!

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ταυτὶ σὺ λέγεις, ὦ ψῆττα; καὶ μὴν ἄρτι γε
ἔφησθα σαυτῆς κἂν παρατεμεῖν θἤμισυ.

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

ἄλλ', ἄλλ' ὅ τι βούλει! κἤν με χρῇ, διὰ τοῦ πυρὸς
ἐθέλω βαδίζειν· τοῦτο μᾶλλον τοῦ πέους!
οὐδὲν γὰρ οἷον, ὦ φίλη Λυσιστράτη.

---

126. *μοιμυᾶτε*] *μοιμυλᾶτε* malebat Bergk coll. Poll. II 90.
130. *-γ' ἄν* Reisig] *γάρ* R (vitiose, ut patet coll. e. g. Plut. 99).
134. *τοῦτο*] malim **πᾶν τι*, suspicor autem olim *τοῦτο* superscriptum esse voci *οἷον* vs. 135, dein huc irrepsisse.

---

carent fundamento; quippe severam argumentationem aspernatur comoedia, et tam ridicula sunt quae sequuntur ut nullus spectator sit rogaturus quam sint similia veris.

126. *μοιμυᾶτε*] *mussitatis, συνάγετε τὰ χείλη* [1]). Verbum non redit.

127. Poeticis iam verbis — ut in vere tragica rerum conversione — Lysistrata utitur.

128. Simili orationis ubertate, animi perturbati indicio, Oedipus usus apud Sophoclem *καὶ φημὶ* — ait — *καὶ ἀπόφημι κοὐκ ἔχω τί φῶ, et aio et nego et ambigo* [2]), et Eteocles Aeschyleus: *ἤκουσας ἢ οὐκ ἤκουσας ἢ κωφῇ λέγω; praebuistine aurem an non praebuisti an surda es?* [3]). Praeterea vid. Ran. 1425.

129 sq. *ὁ πόλεμος ἑρπέτω!*] vid. ad Eq. 673.

133 sq. Constr.: *ἐθέλω καὶ διὰ τοῦ πυρὸς βαδίζειν, ἤν με χρῇ*. Vid. ad Eq. 1307. Egregie hac locutione, qua et nos utimur [4]), pingitur animus nulla pericula reformidans [5]).

135. *οὐδὲν γὰρ οἷον*] *nihil est quod ei aequiparetur*. Vid. ad Av. 966. — Quod in scholiis legitur: „*ἀντὶ τοῦ τὸ κωλῦον*" hinc quidem est alienum, sed locorum qualis est in Avibus: „*οὐδὲν οἷόν ἐστ' ἀκοῦσαι τῶν ἐπῶν*" satis aptam praebet paraphrasin: *nihil obstat quominus ipsos*

---

[1]) Sic unus scholiastarum, item Poll. II 90 Hesych. s. v. — [2]) Soph. O. C. 317. — [3]) Aesch. Sept. 202. — [4]) *Voor iemand door een vuur gaan.* — [5]) Cf. Xen. Conv. 4 § 16 Oecon. 21 § 7 Demosth. LIV § 4 Soph. Ant. 265 (Eur. El. 1183).

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

τί δαὶ σύ;

ΜΥΡΡΙΝΗ.

καὶ ἐγὼ βούλομαι διὰ τοῦ πυρός.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ὦ παγκατάπυγον θἠμέτερον ἅπαν γένος!
οὐκ ἐτὸς ἀφ' ἡμῶν εἰσιν αἱ τραγῳδίαι·
οὐδὲν γάρ ἐσμεν πλὴν „Ποσειδῶν καὶ σκάφη."
ἀλλ' ὦ φίλη Λάκαινα, — σὺ γὰρ ἐὰν γένῃ
μόνη μετ' ἐμοῦ, τὸ πρᾶγμ' ἔτ' ἀνασωσαίμεθ' ἄν, —

136b. Myrrhinae dedit manus recens in B, in Γ praescriptum est ἄλλη.
137. ὦ] ὡς Blaydes. || παγκατ. Reiske] πᾶν κατ. R Γ.
141. *ἔτ' ἀνασωσαίμεθ' ἄν] ἀνασωσαίμεσθ' ἔτι Γ, ἂν σωσαίμεσθ' ἔτι R, ἀνασωσαίμεσθ' ἔτ' ἄν Brunck, ἔτ' ἂν σωσαίμεθα Meineke, πρᾶγμα σωσαίμεσθ' ἔτ' ἄν Sobolewski, τὸ πρᾶγμα σωσόμεσθ' ἔτι Reisig (ut Thesm. 186 Eccl. 209), τὸ πρᾶγμ' ἀνασωσόμεσθ' ἔτι Blaydes. Optativum suo iure defendit Sobolewski coll. vs. 527 sq., sed simplex verbum cum Meinekio verum ducenti non assentior; nam aptissimum hoc loco

versus audias pro: *optimum est ipsos versus audire.*

136. *τί δαὶ σύ;*] item Av. 186.

— *βούλομαι διὰ τοῦ πυρός*] vid. ad Ran. 1279.

137. *παγκατάπυγον*] cf. *λακαταπύγων* [1]). Praefixum *παν-* habent etiam *παγκατάρατος* [2]), *παμβδέλυρος* [3]), *πάγκαλος* [4]) etc.

138. *ἀφ' ἡμῶν*] vid. ad Av. 151.

139. Proverbialem agnoscimus locutionem; quae in scholiis refertur ad Sophoclis fabulam Tyro, de qua Aristoteles *ἀναγνωρίσεως* genera e tragoedia enumerans: „*οἷον ἐν τῇ Τυροῖ διὰ τῆς σκάφης*" [5]). In hoc igitur dramate Pelias et Neleus, quos Neptuno pepererat Tyro, ope alvei in quo fuerant expositi [6]) postmodo sunt agniti. Reicienda autem videtur altera quae in scholiis proponitur opinio, e Melanippa Euripidea locutionem esse ductam, licet infra ea tragoedia respiciatur [7]). — Verba *οὐδὲν γάρ ἐσμεν* ea ratione nunc usurpantur qua Dionysus ranas increpans *οὐδὲν γάρ ἐστέ* — ait — *ἀλλ' ἢ κοάξ* [8]); et similia quaedam ad Av. 19 contuli. Itaque si fides prisco interpreti, *ὁ νοῦς· οὐδὲν ἐσμὲν εἰ μὴ συνουσιάζειν καὶ τίκτειν.* Restat tamen ut cum Bakhuyzenio fateamur locum non ab omni parte perspicuum esse.

140 sq. *At, tu modo mecum facias, οἶμαι καὶ νῦν ἔτι ἐπανορθωθῆναι ἂν τὰ πράγματα.* Quae Demosthenis perorantis sunt verba [9]). Verbum *ἀνασῴζεσθαι*, quod medii generis est non minus constanter quam simplex activi [10]), significat: *eripere periculis, erigere lapsa, succurrere rebus afflictis* [11]).

1) Ach. 664. — 2) Infra vs. 588. — 3) Infra vs. 969, ubi vid. etiam vicina. — 4) Plut. 1018. — 5) Ar. Poet. 16. — 6) De voce *σκάφη* vid. Eq. 1315 et de re Thesm. 505 Ran. 1190 Herodot. I 119. — 7) Vid. vs. 1124 sqq. — 8) Ran. 227. — 9) Demosth. IX § 76; praeterea vid. infra vs. 527 sq. — 10) Nam medium *σῴζεσθαι* ubi legitur, *sibi servare* significat: Eccl. 219 et 402. — 11) Herodot. III 65 Xen. Hell. VII 5 § 16 Soph. El. 1133 etc.

ξυμψήφισαί μοι.

ΛΑΜΠΙΤΩ.

χαλεπὰ μέν, ναὶ τὼ σιώ,
γυναῖκάς ἐσθ' ὑπνῶν ἄνις ψωλᾶς μόνας,
ὅμως γα μάν· δεῖ τᾶς γὰρ εἰράνας μάλ' αὖ.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ὦ φιλτάτη σὺ καὶ μόνη τούτων γυνή.

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

εἰ δ' ὡς μάλιστ' ἀπεχοίμεθ' οὗ σὺ δὴ λέγεις, —
ὃ μὴ γένοιτο! — μᾶλλον ἂν διὰ τουτογὶ
γένοιτ' ἂν εἰρήνη;

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

πολύ γε, νὴ τὼ θεώ.

---

est ἀνα- (vid. comment.), medium autem genus in composito nihil habet insoliti, in simplici vero verbo quomodo defendi possit non video. At compositum non redit apud comicos? apud Platonem quoque uno tantum loco occurrit, apud Xenophontem nonnisi duobus, neque tamen a quoquam eam ob causam in suspicionem vocatur illic.

143. ἐσθ' ὑπνῶν Dawes] ὑπνῶν ἐστ' R Γ. || ἄνις] ἄνευ R Γ; cf. Ach. 798 et 834.

144. γα] γε R Γ. || ·δεῖ τᾶς] δεῖ. τὰς R, δεῖ· δεῖ Toup perperam; neque enim iteratum δεῖ placet, neque particulis ὅμως γα μάν hoc verbum satis apte adiungitur. Vid. comment.; articulus quamquam necessarius non est, molestus tamen nihilo magis videtur quam vs. 932 aut 984. || μάλ' αὖ] μέλει Dawes, μάλ' εὖ Brunck, μάλα Dindorf.

146. Calonicae dat recens manus in R (ipse R solam paragraphum pinxit), Myrrhinae Γ.

---

142. χαλεπὰ] vid. ad Eq. 30 et 609. — ναὶ τὼ σιώ] vid. ad Ach. 905.

143. ὑπνῶν ... μόνας] i. e. μονοκοιτεῖν [1]). Intransitivo ὑπνῶν utitur etiam Theocritus [2]), item κατυπνοῦν dicitur apud Herodotum [3]) et ὑπνώττειν apud Euripidem [4]). Apud Herodotum praeterea eodem sensu dicitur (κατ)ὑπνοῦσθαι [5]).

144. ὅμως γα μάν] *attamen faciam id quod vis* [6]).

145. γυνή] in laude hoc ponitur nunc, ut ἀνήρ inter viros [7]).

146. ὡς μάλιστα] non *augentis* rem nunc est, sed fortiter asseverantis, ut lat. *quam maxime* [8]).

147. ὃ μὴ γένοιτο!] vel sic veretur ne quid ominis suis verbis inesse videatur. || τουτογὶ] vid. ad Ran. 965.

148. πολύ γε] cf. Nub. 1335. — νὴ τὼ θεώ] vid. ad Ach. 905.

---

1) Non μόνᾱς, sed μόνᾰς, *solas*. — 2) Theocrit. X 48. — 3) Herodot. IV 8 etc. — 4) Eur. Cycl. 454. — 5) Herodot. III 69 VII 15. — 6) Cf. Nub. 631, 822, Ran. 61 et similis ellipsis Ach. 402. — 7) Vid. ad Eq. 158 Nub. 823. — 8) Cf. e. g. Av. 1581 Thesm. 493.

εἰ γὰρ καθήμεθ' ἔνδον ἐντετριμμέναι,
καὶ ἐν τοῖς χιτωνίοισι τοῖς ἀμοργίνοις
γυμναὶ παρίοιμεν δέλτα παρατετιλμέναι,
στύοιντο δ' ἄνδρες καὶ ἐπιθυμοῖεν σπλεκοῦν,
ἡμεῖς δὲ μὴ προσείμεθ' ἀλλ' ἀπεχοίμεθα,
σπονδὰς ποιήσαιντ' ἂν ταχέως, εὖ οἶδ' ὅτι.

ΛΑΜΠΙΤΩ.

ὁ γῶν Μενέλαος τᾶς Ἑλένας τὰ μᾶλά πα
γυμνᾶς παραϝιδὼν ἐξέβαλ', οἰῶ, τὸ ξίφος.

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

τί δ', ἢν ἀφίωσ' ἄνδρες ἡμᾶς, ὦ μέλε;

---

152. *στύοιντο δ'* Bothe] *στύοιντ' ἂν* R *Γ*. || *ἄνδρες*] *ἅνδρες* R *Γ*. || *σπλεκοῦν* Hesych.] *πλεκοῦν* R *Γ*; simile vitium est Plut. 1181, contrarium infra vs. 173.

153. *μὴ προσείμεθ'* Halbertsma] *προσίοιμεν* R (*μὴ* add. corrector), *μὴ προσίοιμεν* *Γ*. Cf. Av. 946. || *ἀπεχοίμεθα*] *-χόμεθα* R.

155. *πα* (*πᾶ*) *Γ*] *πο* R, vHerwerden *ὁ γῶν Μενέλας τὰ μᾶλα τᾶς Ἑλένας ποκά*, cf. tamen Ach. 867.

156. *παραϝιδὼν*] *παρευιδὼν* *Γ* et R (hic *-ἰδὼν*), *παρεσιδὼν* Par., *παρενιδὼν* Suid. s. v. *μῆλα*.

157. Calonicae dat recens manus in R (paragraphum scripsit ipse R), Myrrhinae *Γ*. || *ἄνδρες*] *ἅνδρες* R *Γ*.

---

149. *ἐντετριμμέναι*] *fucatae* [1]; cf. vs. 48.

150 sq. *Si ventum textilem indutae eos adeamus nudae in nebula lintea* [2]. — Ex his Lysistratae verbis apparet *tunicas*, quas dicit *Amorginas*, fuisse *pellucidas* [3], *rallas* [4], texturae tenuissimae, ut *κιμβερικὰ* illa, quorum mentionem supra iniecit Calonica [5]. *Byssinis* [6] similia fuisse *τὰ ἀμόργινα*, quae etiam alibi commemorantur [7], ait Harpocratio [8]; confecta erant e lino tenuissimo [9], quod infra dicitur *ἡ ἄμοργις* [10].

151. *δέλτα*] *in formam litterae* ∇; vid. ad Ach. 849.

— *παρατετιλμέναι*] vid. ad Ran. 516.

152. *σπλεκοῦν*] vid. ad Plut. 1082.

154. *σπονδὰς ποιήσαιντο*] vid. ad Ach. 52.

155 sq. Vid. ad Vesp. 714.

155. *μᾶλα*] vid. ad Ach. 1199.

156. *παραϝιδὼν*] vid. ad Ran. 815.

— *ἐξέβαλε . . . τὸ ξίφος*] *e manu excidit ei gladius* [11], *οὐκ ἐδύνατο κατέχειν τὸ ξίφος* [12].

157. *ὦ μέλε*] vid. ad vs. 56.

---

[1]) Item Eccl. 904 Xen. Oecon. 10 § 2; iocus hinc ducitur Eccl. 732. — [2]) Utor verbis Publilii Syri (Petron. 55). — [3]) Quales pinxit Polygnotus, Plin. Hist. N. XXV 58. — [4]) Plaut. Epid. II 2, 46. — [5]) Vid. vs. 45—48. — [6]) Aesch. Sept. 1039 Eur. Bacch. 821 etc. — [7]) Aeschin. I § 97 Antiphan. fr. 153; etiam apud Eupolidem in Urbibus teste Harpocr. — [8]) Vid. Harpocr. s. v. — [9]) Vid. Blümner Die gewerbl. Thätigkeit der Völker des kl. Alt. p. 94. Revera fuisse *μολόχινα* (*e stamine malvarum confecta*) coniecit Yates Textrinum Antiquorum. — [10]) Infra vs. 735, 737. — [11]) Cf. Thesm. 401 Hom. Σ 419 ξ 277 etc. — [12]) Vesp. 714.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

τὸ τοῦ Φερεκράτους· „κύνα δέρειν δεδαρμένην“.

ΜΥΡΡΙΝΗ.

φλυαρία ταῦτ᾽ ἐστὶ τὰ μεμιμημένα.

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

ἐὰν δὲ λαβόντες εἰς τὸ δωμάτιον βίᾳ
ἕλκωσιν ἡμᾶς;

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ἀντέχου σὺ τῶν θυρῶν.

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

ἐὰν δὲ τύπτωσιν;

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

παρέχειν χρὴ κακὰ κακῶς·

159—161a. Sic distribui; uni Myrrhinae dedit *Γ*, Calonicae recens manus in R, solam paragraphum versui 159 appinxit R.

160. *δὲ λαβόντες*] *λαβόντες Γ*, *λαβόντες δ᾽* R; Blaydes *τί δ᾽ ἢν λαβόντες*.

161. *ἀντέχου σὺ*] Blaydes *ἀντέχεσθαι*.

162. *κακὰ κακῶς Γ*] *κακὰκῶς* R, sed deletae sunt litterae *κα; κακῶς* Iunt., quem secutus Dindorf ad numeros explendos addebat *τί* post *τύπτωσιν* (coll. Eccl. 799 sqq., 862 sqq.), Bergk *σε* post *παρέχειν*. Blaydes non male: *παρέχειν κακοῖς κακῶς*.

---

158. Ridicule detorquetur [1]) sensus locutionis proverbialis, quae *ἐπὶ τῶν μάτην πονούντων* dicebatur, ut *νεκρὸν ἀποσφάττειν*. — Pherecrates, cuius nunc fit mentio, sitne comicus poeta an homonymus aliquis homo, et quam ob causam commemoretur, nescimus; priscus interpres in scholiis testatur nihil eiusmodi legi in Pherecratis fabulis superstitibus.

159. *φλυαρία*] vid. Nub. 365.

160 et 162. *ἐὰν . . . δὲ . . . ;*] vid. ad Av. 359a sq.b.

160. *τὸ δωμάτιον*] vid. ad Ran. 100.

161. *ἀντέχου*] cf. Ach. 1121.

162. *παρέχειν . . . κακὰ κακῶς*] eodem loquendi genere usus isiciarius dicit *γράμματα* se didicisse *κακὰ κακῶς* [2]). Verbum autem *παρέχειν* infra redit ita usurpatum [3]). Qualibus locis e contextu suppleri potest infinitivus aliqui, e. g. *πατάξαι* in verbis mulieris: *καὶ μὴν ἰδού! παταξάτω τις· στᾶσ᾽ ἐγὼ παρέξω* [4]). Additum eiusmodi verbum est e. g. in versu Sophoclis: *πατεῖν παρεῖχε τῷ θέλοντι ναυτίλων* [5]). Cf. *δός μοι κύσαι*, similia [6]). Nostro tamen loco et similibus absoluta fere est verbi *παρέχειν* sive *praebendi* notio; idem igitur valet quod *διδόναι* apud Theognidem [7]) et *χαρίζεσθαι*.

---

[1]) Cf. vs. 109 sq. — [2]) Eq. 189; praeterea vid. ad Nub. 554. — [3]) Vs. 227 et 362. — [4]) L. l. — [5]) Soph. Ai. 1146; cf. Aesch. Pers. 210 Plat. Leg. 869 *b* etc. — [6]) Vid. vs. 1121 et ad Ran. 755 Plut. 542—546. — [7]) Theognid. 1329 sqq.; cf. *διδόναι ἑαυτόν* Eq. 739 sq.

οὐ γάρ ἔνι τούτοις ἡδονή, τοῖς πρὸς βίαν.
κἄλλως ὀδυνᾶν χρή· καὶ ἀμέλει ταχέως πάνυ
ἀπεροῦσιν. οὐ γὰρ οὐδέποτ' εὐφρανθήσεται
ἀνήρ, ἐὰν μὴ τῇ γυναικὶ ξυμφέρῃ.

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

εἴ τοι δοκεῖ σφῷν ταῦτα, χἠμῖν ξυνδοκεῖ.

ΛΑΜΠΙΤΩ.

καὶ τὼς μὲν ἁμὼς ἄνδρας ἁμὲς πείσομες
παντᾶ δικαίως ἄδολον εἰράναν ἄγειν·
τὸν τῶν Ἀσαναίων γα μὰν ῥυάχετον
πᾶ κά τις ἀμπείσειεν αὖ μὴ πλαδδιῆν;

165. *οὐ γὰρ οὐδέποτ'*] *οὐδέποτε γὰρ* Elmsley.
166. *ἀνήρ*] *ἀνὴρ* R *Γ*; quod si voluisset poeta, dixisset potius *οὐδεὶς γὰρ . . . ἀνήρ*.
167. Calonicae dat recens manus in R, Lampitoni (ut sequentes) *Γ*; unum duosve ante hunc intercidisse Calonicae versus suspicatur Bergk. || *σφῷν ταῦτα*] *ταῦτα σφῶ(ι)ν ταῦτα* R *Γ*.
168. *ἁμὼς* Blaydes] *ἁμῶν* R *Γ*.
169. *παντᾶ*] *πάντα* R *Γ*.
170. *ῥυάχετον* Hesych. Phot.] *ῥυγχάχετον* R, *ῥυχάχετον* *Γ* Suid.; verum an sit *ῥυχάχετον* (pro *-άχ-*) dubito collata voce infra obvia *γερωχίᾳ* vs. 980, ubi vid.
171. *κά* Dobree] *καὶ* R *Γ*. || *ἀμπείσειεν* Enger] *ἂν π.* R *Γ*. || *πλαδδιῆν*] sic R *Γ* (*πλαδδικῶ* Iunt. male lectis codicis R litteris *-ῆν*).

163. *πρὸς βίαν*] vid. ad Ach. 73.
164. *ἄλλως*] non *frustra* nunc valet [1]), sed: *alia ratione, omnino*. Nihil neglegendum esse Lysistrata ait, quo molesta reddi possit vita virorum.
166. Verbi *ξυμφέρειν* subiectum est *ὁ ἀνήρ*: *nisi cum uxore sibi conveniat, nisi uxori sit acceptus*, *ἁρμόζηται* (schol.). De *veste apta* sic adhibitum legitur verbum in Ranis [2]).
167. Simillimus est Av. 1630; *σφῷν* dicitur ad *Lysistratam* et *Lampitonem*.
169. Cf. Av. 633.
170. *ῥυάχετον*] alibi non redit amplior haec vocis *ῥύακος* sive *torrentis* forma; quacum in scholiis recte confertur *συρφετός, σύρφαξ* de *plebecula* dictum [3]).
171. *πλαδδιῆν*] verbum etiam infra obvium [4]), aliunde autem ignotum, grammaticus cui debetur scholion *Γ* recte interpretatur *παραφρονεῖν*", id enim poscit contextus; concinit autem glossa Hesychiana: „*πλαδ(δ)ιῇ· ματαΐζει, σοβαρεύεται*", quam ad nostrae fabulae locum alterum pertinere dudum viderunt viri docti, scribatur igitur illic: „*πλαδδίη· ματάϊζε, σοβαρεύου*". Itaque a stirpe verbi *πλάζειν, πλαγχθῆναι* repetendum videtur doricum *πλαδδιῆν*. Alius vero grammaticus in scholio R intellegit: „*πολεμεῖν*" vel „*πλησιάζειν*", conferens igitur *πελάζειν, πλαθῆναι* et eo sensu quo atticum *ὁμόσε ἰέναι* verbum nunc adhibitum esse ratus.

[1]) Ut Nub. 1203 etc.; quo loco hunc versum afferre non debebam. — [2]) Cf. Ran. 1459; de hominibus Soph. O. C. 641 El. 1465 Eur. Med. 13. — [3]) Vesp. 673. — [4]) Vs. 990.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ἡμεῖς ἀμέλει σοι τά γε παρ' ἡμῖν πείσομεν.

ΛΑΜΠΙΤΩ.

οὐχ ἇς πόδας κα ἔχωντι ταὶ τριήριες,
καὶ τὠργύριον τὤβυσσον ᾖ πὰρ τᾷ σιῷ.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ἀλλ' ἔστι καὶ τοῦτ' εὖ παρεσκευασμένον·
καταληψόμεθα γὰρ τὴν ἀκρόπολιν τήμερον.

---

173. *ἇς πόδας* Valckenaer] *ἀσσποδᾶς Γ*, *ἀσσπουδὰς* R. Partem veri praebet scholiasta „*ἕως ἂν θαλασσοκρατῶσιν*" scribens, contrarium vitium est vs. 152. Id quod *σπουδῆς* esse *σποδᾶς* perperam contendit schol. || *κ(α)* Bergk] *γ' Γ*, om. R; cf. vs. 1005. Per se spectatam particulam *γε* h. l. minime inutilem sed vere Aristophaneam esse, observat Sobolewski. || *ἔχωντι* Bentley] *ἔχοντι* R *Γ*. || *τριήριες*] *τριήρεες* R *Γ*.

174. *τὠργύριον*] *τἀργ.* R *Γ*. || *πὰρ*] *παρὰ* R *Γ*.

176. Versum del. Bergk, sic vero *τοῦτο δρᾶν* vs. 177 non habet quo referatur. || *καταληψόμεθα*] *-μεσθα* R *Γ*, qua servata lectione Cobet *καταληψόμεσθα τὴν πόλιν γὰρ τήμερον* (*τὴν γὰρ π. κ. τ.* Blaydes); cf. vs. 179, 241, 263, 483.

---

173 sq. *Numquam quiescent Athenienses, donec*[1]) *currere possint eorum naves*[2]) *et inexhaustae in aede deae sint opes.*

173. *πόδας*] *maris* illis *equis*[3]) nunc tribui *pedes*, non est quod miremur[4]); certam autem navium partem aliquam si quis intellegere velit, *remos* significari dicat[5]), cui explicationi favet Hesychii glossa: *ποδήρης ναῦς, ἡ τοῖς ποσὶν ἐρεσσομένη, ταῖς κώπαις.* Et Timotheus in carmine nuper reperto „*ὀρείους πόδας ναός*" remos dixit[6]); qui et „navis *χεῖρας ἐλατίνας*" eos vocavit alibi[7]). — Alieni hinc sunt *pedes velorum*[8]).

174. Vere anni 412, cum recenti etiam clade Sicula defecisset Chios, exhaustum autem esset aerarium[9]), Athenienses decreverunt uti mille illis talentis, quae in ultima reip. pericula seposuerat Pericles[10]); et aliquot mensibus post, archonte Callia[11]), sanctius illud aerarium revera tangere coeperunt, teste Philochoro in scholiis allato: „*ἤρξαντο οὖν κινεῖν αὐτὰ ἐπὶ Καλλίου ἄρχοντος (ἐφ' οὗ εἰσήχθη τὸ δρᾶμα), ὥς φησι Φιλόχορος ἐν Ἀτθίδι.*" Itaque nunc illarum opum maior pars etiam iacet in arce. Sed mox superveniet magistratus qui aliquid inde auferat[12]).

— *ἄβυσσον*] proprie sic dicitur id quod fundo caret, hinc, cuius fundus non apparet[13]): vorago profundissima, metallum inexhaustum, thesaurus bene repletus[14]).

---

[1]) De forma *ἇς* = *ἕως* (Hom. *ἧος*) vid. Enchir. dict. ep. p. 551. — [2]) *θεῖν* infra vs. 550. — [3]) Hom. *δ* 708. — [4]) Vid. ad Ach. 95 sq. et quae *de Equo Troiano* scripsi Mnemos. 1901 p. 121 sqq. — [5]) Cf. Eustath. ad Hom. Il., p. 1515, 23—30. — [6]) Timotheus in Persis carmine lyrico ed. vWilamowitz (der Timotheos-Papyros) vs. 101 sq. — [7]) Ibid. vs. 7. — [8]) Vid. ad Eq. 436. — [9]) Vid. infra vs. 653 sq. — [10]) Thucyd. II 24 § 1 VIII 15 § 1; vid. etiam Plut. 1192. — [11]) Post initium igitur mensis Iulii 412. — [12]) Vid. vs. 422. — [13]) Cf. Herodot. II 28. — [14]) Aesch. Sept. 950. Sic etiam nos: *den bodem van zijn geldkist zien* et similia.

ταῖς πρεσβυτάταις γὰρ προστέτακται τοῦτο δρᾶν,
ἕως ἂν ἡμεῖς ταῦτα συντιθώμεθα,
θύειν δοκούσαις καταλαβεῖν τὴν ἀκρόπολιν.

ΛΑΜΠΙΤΩ.

παντᾶ γ' ἔχοι κα κἀτ τάπερ λέγεις καλῶς.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

τί δῆτα ταῦτ' οὐχ ὡς τάχιστ', ὦ Λαμπιτοῖ,
ξυνωμόσαμεν, ὅπως ἂν ἀρρήκτως ἔχῃ;

ΛΑΜΠΙΤΩ.

πάρφαινε μὰν τὸν ὅρκον, ὡς ὀμιόμεθα.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

καλῶς λέγεις. ποῦ 'σθ' ἡ Σκύθαινα; ποῖ βλέπεις;
θὲς εἰς τὸ πρόσθεν ὑπτίαν τὴν ἀσπίδα,

---

177. *πρεσβυτάταις*] *-τέραις* Lenting (cf. vs. 20 et Eccl. 1019).

179. *κ. τ. ἀ.*] *τὴν πόλιν καταλαμβάνειν* Cobet; cf. vs. 176.

180. *παντᾶ*] *πάντα* R Γ. || *γ'* Γ] *κ'* R (suspecta est *κᾱ* particula ante brevem syllabam elisa; vid. Sobolewski Synt. p. 87 et cf. vs. 117 Ach. 798). || *κα* Koenius] *καὶ* R Γ. || **κἀτ τάπερ*] *τάδε γὰρ* R, *τᾷδε γὰρ* Γ, *τᾷδε τᾷ* Blaydes.

181. *τάχιστ' ὦ* Γ] *τάχιστα* R. Cf. vs. 209, 242.

183. *ὀμιόμεθα* Elmsley] *ὀμιώμεθα* R Γ; in inscriptionibus doricis extant *-αγγελίοντι, -βαλίοντι, -μενίοντι.*

---

179. *δοκούσαις*] vid. ad Ran. 564.

181. *τί ... οὐ ...;*] vid. ad Eq. 1207.

183. *πάρφαινε*] att. *ὑπαγόρευε* [1]), *praei verba iurisiurandi.* Cf. *φαίνειν φρουρὰν* lac. = *indicere expeditionem* [2]).

— *ὡς ὀμιόμεθα*] *quomodo sit iurandum.*

184. Quemadmodum magistratus in ore habere solent verba „*ποῦ ἐστιν ὁ Σκύθης*" vel „*ὁ τοξότης*", sic nunc femina, quae publico et vere virili officio fungitur, *Σκύθαιναν* advocat quandam ministram, et in mulierum illa rep. Praxagorae *τῇ στρατηγίδι* [3]) praesto est *κηρύκαινά τις εὔφωνος* [4]). Nempe novas res novaque ministeria decent novae voces [5]). Cf. *συκοφάντρια* vox in Pluto obvia [6]) et *ἀλεκτρύαινα* illa quam e Nubibus novimus [7]); nec non *ἡ γραμματεύς* huc facit, cuius mentio fit in Thesmophoriazusis [8]).

— *ποῖ βλέπεις;*] isdem verbis infra probulus Scytham incitat tergiversantem [9]), apud Herodam autem matrona sic increpat ancillam tardiorem: *οὐ σοὶ λέγω, αὔτη, τῇ ὧδε χὤδε χασκούσῃ; | μᾶ, μή τιν' ὤρην ὧν λέγω πεποίηται; | ἕστηκε δ' εἴς μ' ὁρεῦσα καρκίνου μέζον!* [10]).

185. *θὲς ... ὑπτίαν τὴν ἀσπίδα*] plane diverso consilio Dicaeopolis Lamachum iubet clipeum sibi apponere inversum [11]).

— *εἰς τὸ πρόσθεν*] vid. ad Eq. 751.

---

1) Xen. Oecon. 15 § 7 Demosth. XVII § 29 etc. — 2) Xen. Hell. III 2 § 23 etc. — 3) Eccl. 870. — 4) Eccl. 713. — 5) Etiam Alexidem *Σκυθαίνας* dixisse nescio quas *Σκυθίδας* ait Photius s. v. — 6) Plut. 970. — 7) Nub. 666. — 8) Thesm. 432. — 9) Vs. 426. — 10) Herod. Mimiamb. IV 42 sqq. — 11) Ach. 583.

καί μοι δότω τὰ τόμιά τις.

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

Λυσιστράτη,
τίν' ὅρκον ὁρκώσεις ποθ' ἡμᾶς;

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ὅντινα;
εἰς ἀσπίδ', ὥσπερ, φασίν, Αἰσχύλος ποτέ,
μηλοσφαγούσας.

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

μὴ σύ γ', ὦ Λυσιστράτη,
εἰς ἀσπίδ' ὀμόσῃς μηδὲν εἰρήνης πέρι.

186—194. Myrrhinae dat Γ quae sunt Calonicae.
188. *φασίν, Αἰσχύλος Γ*] *φάσ' ἐν Αἰσχύλῳ* R; Bentley *φασὶν ἔπτ'* (vel *οὔπτ'*) *ἐν Αἰσχύλῳ*, vHerwerden *ἔφρασεν Αἰσχύλος.*
189. *μηλοσφαγούσας Γ*] *-σαις* R.
190. *ἀσπίδ' ὀμόσῃς*] *ἀσπίδα θύσῃς* Meineke.

---

186. *τὰ τόμια*] sine his non valebat iusiurandum sollemne; itaque in foro prope porticum regiam stantes in *λίθῳ* sive suggestu lapideo, *ἐφ' οὗ τόμια ἦν*, iurabant archontes *δοκιμασθέντες* se leges servaturos, diaetetae se ex animi sententia officio suo functuros, testes non falsa se prolaturos [1]), item in Areopago accusator causam dicturus iurabat stans *ἐπὶ τομίων κάπρου καὶ κριοῦ καὶ ταύρου* [2]). Cuiusmodi lapidis etiam in lege Gortynia fit mentio: *ἀμπαίνεθθαι δὲ κὰτ ἀγορὰν καταϝελμένων τῶν πολιατᾶν ἀπὸ τῶ λάω ὦ ἀπαγορεύοντι*, *adoptanto in foro coram civibus, stantes in lapide unde renuntiatur* [3]). Cf. praeterea Homericum *ὅρκια τάμνειν.*

188. *ὥσπερ, φασίν, Αἰσχύλος ποτέ*] *ut Aeschylum aliquando finxisse aiunt.* De verbo omisso vid. ad Ran. 303. Tragoedia, de qua nonnisi fando aliquid audivit muliercula, est Septem contra Thebas, cuius fabulae initio nuntius: *ἄνδρες* — ait — *ἑπτὰ θούριοι λοχαγέται* | *ταυροσφαγοῦντες εἰς μελάνδετον σάκος* | *καὶ θιγγάνοντες χερσὶ ταυρείου φόνου* ... | *ὡρκωμότησαν κτέ.* [4]). — Priscum morem secuti Ariaëus dux Persarum et duces Graecorum, cum mutua fide se obstringere vellent, *ὤμοσαν σφάξαντες ταῦρον καὶ λύκον καὶ κάπρον καὶ κριὸν εἰς ἀσπίδα, οἱ μὲν Ἕλληνες βάπτοντες ξίφος, οἱ δὲ βάρβαροι λόγχην* [5]). Timotheus autem poeta lyricus, dictionis ornatae et artificiosae appetens, huius moris memor clipeum „*φιάλην Ἄρεως*" vocare aliquando sustinuit [6]).

189. *μηλοσφαγούσας*] videatur ad Av. 1231—1233.

---

1) [Arist.] Rep. Ath. 55 § 5; vid. ad Nub. 1233. — 2) Demosth. XXIII § 68; cf. Aeschin. II § 87. — 3) Leg. Gort. X^{35-37}. — 4) Aesch. Sept. 42 sqq. — 5) Xen. Anab. II 2 § 9; praeterea cf. Herodot. VI 68. — 6) Vid. Timoth. fr. 22 vWilamowitz.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

τίς ἂν οὖν γένοιτ' ἂν ὅρκος;

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

εἰ λευκόν ποθεν

ἵππον λαβοῦσαι τόμιον ἐντεμοίμεθα;

ΜΥΡΡΙΝΗ.

ποῖ λευκὸν ἵππον;

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ἀλλὰ πῶς ὀμούμεθα

ἡμεῖς;

ΜΥΡΡΙΝΗ.

ἐγώ σοι, νὴ Δί', ἢν βούλῃ, φράσω.

---

191 sq. Lysistratae continuat Hamaker, pro *εἰ — ἐντεμοίμεθα* legens *ἢ...-ώμεθα;*
191 et 193. *λευκόν*] *φάλιον* Rutherford infeliciter, scholiastam id legisse ratus.
192. *ἐντεμοίμεθα Γ*] *ἐκτ.* R. || Versum clausi signo interrogandi; vulgo scribitur colon. Vid. comment.
193 sq.ᵃ. Sic distribui, alii aliter; in *Γ* vs. 193ᵃ est Lysistratae, cui etiam manus recens in R dedit; 193ᵇ sq.ᵃ in *Γ* sunt Myrrhinae, in R manus recens tribuit Calonicae. || Post *ἵππον* lacunam indicavit Meineke, verba *ἀλλὰ — ἡμεῖς;* tribuens Lysistratae; expectabantur sane nonnulla, quibus explicaretur cur Calonica huiuscemodi potissimum commendet hostiam.
194—197. Myrrhinae dedit Bergk; in R (man. rec.) *Γ* sunt Lysistratae.

---

191 sq. *Quid si* [1]) *album equum alicunde nactae immolemus heroibus?* — et omnino numinibus in obscuro versantibus, quae *ὑπὸ γαῖαν | ἀνθρώπους τίνυνται ὅ τις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ* [2]). Dicebant enim *ἐντέμνειν* et *ἔντομα* de sacris quae fiebant heroibus. Nobilissimas autem feminas Amazones *τὰς λευκοπώλους* [3]) imitari vult Calonica [4]), vel procos Helenae, quos per equi *τόμια* iurare iussit Tyndareus [5]). Minus huc faciunt equi albi fluviis vel Toxari heroi mactati [6]), nisi quod inde quoque apparet nihil inauditi habuisse huiuscemodi sacrificium. — Verborum structura ex Homero et aliunde nota [7]), quacum conferendi sunt loci ubi eiusmodi optativis praemittitur *τί δ' ἂν <εἴη>* [8]) vel *τί δῆτ' ἂν <εἴποις>* [9]).

193. *ποῖ*] *quorsum istud?* Ea quae alibi adiectivi *ποῖον*, nunc huius adverbii est vis [10]), poterat enim Lysistrata eodem sensu dicere: *ποῖον ἵππον!* [11]).

---

[1]) Nos: *als wij eens...?*. — [2]) Hom. *Τ* 259 sq. — [3]) Cf. infra vs. 678 sq. et vid. IVürtheim de Amazonibus in Mnemos. 1902 p. 263—276. — [4]) Recte sic unus e priscis interpretibus in schol.; frustra alii huc trahebant *mures albos*, horum *lasciviam* (Philemon. fr. 126) respici nunc rati. — [5]) Pausan. III 20 § 9. — [6]) Herodot. VII 113 Hom. *Φ* 132 Lucian. XXIV § 2. — [7]) Cf. vs. 307—309 Nub. 749 sqq. Hom. *Π* 559—561 Herodot. VII 5 Xen. Conv. 2 § 3 Eur. Phoen. 724, 732 etc. — [8]) Thesm. 773. — [9]) Nub. 154 etc. — [10]) Item mox vs. 383. — [11]) Vid. ad Ran. 529 et 1455.

θεῖσαι μέλαιναν κύλικα μεγάλην ὑπτίαν,
μηλοσφαγοῦσαι Θάσιον οἴνου σταμνίον,
ὀμόσωμεν ... εἰς τὴν κύλικα μὴ ἐπιχεῖν ὕδωρ.

ΛΑΜΠΙΤΩ.

φεῦ δᾶ, τὸν ὅρκον ἄφατον ὡς ἐπαινίω.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

φερέτω κύλικά τις ἔνδοθεν καὶ σταμνίον.

(Afferunt ministri urceum et poculum.)

---

197. εἰς — ὕδωρ] Calonicae tribuit Dobree.
198. ἐπαινίω] -νιῶ R Γ.
199. Lysistratae dat Γ, Lampitoni continuat R (Calonicae vs. 198 sq. perperam tribuit manus recens).

---

195. Non album equum requirit Myrrhina, sed nigrum aliquod vastumque *poculum*. Hoc iubet humi collocari ὕπτιον, oblita scilicet non iam de *clipeo* se loqui. Nempe non tam sanguinis est appetens quam *meri*, et *Scytharum* magis quam *Amazonum* ei placent mores. Nam ὅρκια ποιεῦνται Σκύθαι ὧδε πρὸς τοὺς ἂν ποιῶνται· ἐς κύλικα μεγάλην κεραμίνην οἶνον ἐγχέαντες αἷμα συμμίσγουσι τῶν τὰ ὅρκια ταμνομένων, ... καὶ ἔπειτα ἀποπίνουσι [1]). Quamquam et ipsa Myrrhina e vita priscorum heroum laudare potuit exemplum; nam quis non recordetur Achaeorum et Troum cum inducias inirent vinum in cratera miscentium [2]).

196. Nunc quoque iocose permiscentur verba sacerdotalia et cauponaria. Est autem μηλοσφαγεῖν σταμνίον *mactare urceum ut pecus*, de quo loquendi genere vid. ad Eq. 289 et 313, de σταμνίῳ autem voce Ran. 22, de vino *Thasio* Plut. 1021.

197. Cum expectaretur: ὀμόσωμεν μὴ ἐπιορκήσειν, in alia omnia delapsa Myrrhina *aquam nullam mero nos affusuras* ait. Et erat sane aquae usus hinc alienus; non tamen religioni sed suae gulae studens hoc dicit muliercula bibula, cui videtur πιεῖν θάνατος οἶνον ἢν ὕδωρ ἐπῇ [3]).

198. φεῦ δᾶ] in tragoedia saepius recurrit dorica haec exclamatio [4]), quae cum *Iovis* nomine fortasse cohaeret. Nam mulieres licet per *deas* potius soleant iurare, fieri potuit ut vera vocis vis in oblivium abiret et sic etiam feminae ea uterentur.

— ἄφατον ὡς] vid. ad Av. 423 et 428.

199. *Heus pueri*, — Lysistrata clamat, — *afferte poculum et urceum*. In proxima igitur vicinia, ut Calonicae [5]), sic ipsius domus esse fingitur; nam herae vocem audiunt ministri intus versantes [6]). Non tamen Aristophanes has aedes ostendit in ipso scenae pariete, ni fallor, sed illic adesse nunc sumit pro libertate ipsius arti concessa [7]).

---

[1]) Herodot. IV 70. — [2]) Hom. Γ 269 sq.; cf. etiam Plat. Criti. p. 120. — [3]) Cratin. fr. 273; cf. vs. 235 sq. et vid. ad Eq. 1187 sq. — [4]) Eur. Phoen. 1296 Aesch. Prom. 568 Agam. 1072 Eum. 841. — [5]) Vid. ad vs. 5. — [6]) De voce τις vid. ad Ach. 805. — [7]) Vid. ad vs. 720 sq., 916 sqq. et Prolegomena.

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

ὢ φίλταται γυναῖκες, ὁ κεραμὼν ὅσος!

ΜΥΡΡΙΝΗ.

(poculum manibus sumens:)

ταύτην μὲν ἄν τις εὐθὺς ἡσθείη λαβών.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

(ad Myrrhinam:)

καταθεῖσα ταύτην προσλαβοῦ μοι τοῦ κάπρου. —
δέσποινα Πειθοῖ καὶ κύλιξ φιλοτησία,
τὰ σφάγια δέξαι ταῖς γυναιξὶν εὐμενής.

(Urceum manibus tenentes Lysistrata et Myrrhina vinum infundunt in poculum.)

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

εὔχρων γε θαἶμα καὶ ἀποπυτίζει καλῶς.

200—204. Sic distribuit Hamaker; in R cuncti sunt eiusdem (Lysistratae tribuit manus recentior), Bentley vs. 200 sq. dederat Calonicae.

200. *ὁ κεραμὼν* Reiske] *κεραμεῶν* R; cf. *πρηγορών* Eq. 374 Av. 1113.

202. *μοι* Brunck] *μου* R.

205. *ἀποπυτίζει*] *ἀποπυττίζει* R.

---

200. *ὁ κεραμὼν ὅσος!*] *ὅσον τὸ χρῆμα τοῦ κεράμου!* [1]) — Est *κεραμών* e collectivis, quale est *πιθών* *receptaculum cadorum* sive *cella vinaria* [2]). Significat igitur *magnam vim vasorum fictilium* [3]); non tamen de *multis* nunc dicitur vasibus, sed de duobus praegrandibus, *poculo* capaci et *urceo* ingentis ambitus. Quae qui afferunt, *ἦ που κατίσασι τὴν γυναικείαν φύσιν, | ὡς οὐχὶ μικροῖς ἥδεται ποτηρίοις,* ut est apud Eubulum [4]).

201. *ταύτην μὲν*] *hanc certe*. Dicit *τὴν κύλικα* [5]).

202. Myrrhinam Lysistrata iubet posito quod manibus sumsit poculo secum corripere [6]) victimam, *suem*; sic enim perridicule appellat urceum, et *σφάγια* mox vinum effusum. Redit iocus in Thesmophoriazusis, ubi uter vini *infantulus* appellatur moxque iugulatus *sanguinem* effundit [7]). Quod vero in scholio legitur: „*τοῦ κάπρου ἀντὶ τοῦ αἰδοίου*", id aut debetur grammatico qui omnes musas gratiasque iratas sibi haberet, aut — quod suspicor — librario male interpretanti membranae quam excribebat signa evanida *ἀνςαμνίου* (τ supra ς), *ἀντὶ τοῦ σ τ α μ ν ί ο υ*.

203. *Persuasionis deam* et *Poculum* amicitias parans vel confirmans [8]) invocat Lysistrata.

204. Verba sic iungenda: *εὐμενὴς δέξαι τὰ σφάγια ταῖς γυναιξίν*. Sic Neoptolemus patris manes invocans: *δέξαι χοάς μοι τάσδε* [9]).

205. Non pallidus est sanguis victimae

---

[1]) Vid. ad Ran. 1278 Vesp. 266. — [2]) Pherecrat. fr. 138 Eupol. 111. — [3]) *Wat een vatenwinkel!* vel: *wat een verzameling vaatwerk!* — [4]) Eubul. fr. 43. — [5]) Cf. vs. 238 et de omisso substantivo vid. ad Ach. 331. — [6]) De verbo *προσλαβέσθαι* vid. Ach. 1215 et 1217. — [7]) Vid. Thesm. 690—759. — [8]) Vid. ad Ach. 985. — [9]) Eur. Hec. 535; item Soph. El. 442 sq. Aeschin. III § 111 Herod. Mimiamb. IV 13 et 82, etc.

ΛΑΜΠΙΤΩ.

καὶ μὰν ποτόδδει γ' ἁδύ, ναὶ τὸν Κάστορα.

ΜΥΡΡΙΝΗ.

ἐᾶτε πρώτην μ', ὦ γυναῖκες, ... ὀμνύναι.

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

μὰ τὴν Ἀφροδίτην, οὐκ ἐάν γε μὴ λάχῃς.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

λάζυσθε πᾶσαι τῆς κύλικος, ὦ Λαμπιτοῖ,
λεγέτω δ' ὑπὲρ ὑμῶν μί' ἅπερ ἂν καὶ ἐγὼ λέγω·
ὑμεῖς δ' ἐπομεῖσθε ταῦτα καὶ ἐμπεδώσετε.
οὐκ ἔστιν οὐδεὶς οὔτε μοιχὸς οὔτ' ἀνὴρ —

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

οὐκ ἔστιν οὐδεὶς οὔτε μοιχὸς οὔτ' ἀνὴρ —

206. *γ' ἁδύ*] *ϝαδύ* Bergk; vereor ut recte omitti possit particula *γε*.

207. Myrrhinae dedit Hamaker, in R recens manus dedit Lysistratae; Calonicae dabat Lenting.

210. Post hunc intercidisse versum, quo unam e mulieribus Lysistrata nominatim designarit, suspicatus est Bergk.

211. *ταῦτα*] *ταυτὰ* R. Cf. vs. 237.

212 sq. *οὔτε ... οὔτ'* Bekker] *οὐδε ... οὐδ'* R (cf. vs. 249).

iugulatae nec difficulter profluit, sed bene rubicundus eiaculatur vivide, sacrificantibus optima quaevis portendens. — Verbum *ἀποπυτίζειν* nonnisi de *huiuscemodi* hostiae sanguine prosilienti potuit usurpari, non enim e re sacra sed e lingua convivali vel vinitorum desumtum est [1]).

206. *ποτόδδει*] videatur supra ad vs. 82 et ad Ach. 782.

207. *ὀμνύναι*] *iurare* dicit, sed vinum et pocula cogitat [2]).

209. *λάζυσθε πᾶσαι*] prisca verbi forma pro *λαμβάνεσθε* [3]) e sacerdotum lingua est sublecta. Quae iureiurando se obstricturae sunt mulieres, *cunctae sanguinem hostiae* per quam iuratur *contingere* iubentur. Sic septem illi heroes, quos modo imitatura erat Lysistrata, numina bellica invocabant *θιγγάνοντες χερσὶ ταυρείου φόνου* [4]).

211. *ἐμπεδώσετε*] hoc quoque, quod mox redit verbum [5]), est dictionis priscae vel sublimioris [6]); pro quo *βεβαιοῦν* dicebatur in vita quotidiana [7]). Nam *ἔμπεδον* est id quod *ἐν τῷ πέδῳ κεῖται* vel *ἕστηκε* firmo fundamento subnisum, eadem autem est vis adiectivi *βεβαίου*, quod dicitur de hominibus, animalibus, rebus, quae *εὖ καὶ ἀσφαλῶς βεβήκασι*, *bene, firmiter, immotae consistunt*, e. g. *οἰκία εὖ βεβηκυῖα* [8]).

[1]) Cf. Alex. fr. 141^{12} Archedic. 3^{12} Ter. Heaut. III 1, 48 Iuven. XI 168. — [2]) Vid. ad Plut. 972. — [3]) Vid. Enchirid. dict. ep. § 248^{1}. — [4]) Aesch. Sept. 44. — [5]) Vs. 233 sq. — [6]) Cf. Eur. Iph. 758, 790. — [7]) Xen. Anab. VII 6 § 17 et passim apud oratores. — [8]) Vid. e. g. Xen. Oecon. 8 § 17 Thucyd. I 2 § 1 et de verbo *ἀμφι-* (*περι-*) *βεβηκέναι* ad Eq. 767.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ὅστις πρὸς ἐμὲ πρόσεισιν ἐστυκώς.

(Tacet Calonica.)

λέγε.

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

ὅστις πρὸς ἐμὲ πρόσεισιν ἐστυκώς. — παπαῖ,
ὑπολύεταί μοι τὰ γόνατ', ὦ Λυσιστράτη.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

οἴκοι δ' ἀταύρωτος διάξω τὸν βίον —

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

οἴκοι δ' ἀταύρωτος διάξω τὸν βίον —

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

κροκωτοφοροῦσα καὶ κεκαλλωπισμένη, —

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

κροκωτοφοροῦσα καὶ κεκαλλωπισμένη, —

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ὅπως ἂν ἀνὴρ ἐπιτυφῇ μάλιστά μοι· —

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

ὅπως ἂν ἀνὴρ ἐπιτυφῇ μάλιστά μοι· —

---

216. *μοι* Cobet] *μου* R.

217 sq. *ἀταύρωτος* vHerwerden] *ἀταυρώτη* R (versum 218 a librario omissum in calce paginae addidit corrector). Cf. Aesch. Ag. 244.

221 sq. *ἀνὴρ*] *ἀνὴρ* R. || *μοι* Lenting] *μου* R.

---

216. *ὑπολύεταί μοι τὰ γόνατα*] locutio ex Homero notissima [1]).

217. *ἀταύρωτος*] *ἄγευστος γάμου* [2]) recte interpretatur scholion, *ἀνδρὸς μὴ γεγευμένη*, ut est in Aeschyli quodam fragmento, cuius initium sic videtur scribendum: **αἰδώς τις ἁγναῖς παρθένοις γαμηλίων | λέκτρων δὲ τίμη βλεμμάτων τρέπει βολήν*, *alius virginibus, alius nuptis est vultus* [3]). Cothurnata est vox *ἀταύρωτος* [4]), cognatae autem sunt locutiones quibus matrimonium assimulatur agriculturae [5]).

219 sq. *κροκωτοφοροῦσα*] de re vid. ad Ran. 46 sq., de verbi forma ad Av. 1283.

221 sq. *ἐπιτυφῇ*] *incendatur*. Sic Socrates *meam ipsius naturam* — ait — *investigo, εἴτε τι θηρίον τυγχάνω Τυφῶνος πολυπλοκώτερον καὶ μᾶλλον ἐπιτεθυμμένον, εἴτε ἡμερώτερον κτἑ.* [6]).

---

[1]) Hom. Φ 114, 425 etc. — [2]) Sic Valckenaer pro *ἄζευκτος γάμου*. — [3]) Aesch. fr. 238; ubi tradita sunt haec: *ἄδων ταῖς ἁγναῖς π. γ. | λέκτρων ασται μὴ βλεμμάτων ῥέπει βολή.* — [4]) Cf. Aesch. Agam. 244. — [5]) Vid. ad Av. 506 sq. — [6]) Plat. Phaedr. 230 *c*.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

κοὐδέποθ' ἑκοῦσα τἀνδρὶ τῷ ἐμῷ πείσομαι.

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

κοὐδέποθ' ἑκοῦσα τἀνδρὶ τῷ ἐμῷ πείσομαι.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ἐὰν δέ μ' ἄκουσαν βιάζηται βίᾳ, —

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

ἐὰν δέ μ' ἄκουσαν βιάζηται βίᾳ, —

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

κακῶς παρέξω κοὐχὶ προσκινήσομαι· —

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

κακῶς παρέξω κοὐχὶ προσκινήσομαι· —

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

οὐ πρὸς τὸν ὄροφον ἀνατενῶ τὼ περσικά· —

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

οὐ πρὸς τὸν ὄροφον ἀνατενῶ τὼ περσικά· —

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

οὐ στήσομαι λέαιν' ἐπὶ τυροκνήστιδος.

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

οὐ στήσομαι λέαιν' ἐπὶ τυροκνήστιδος.

---

229 sq. *τὼ* Dindorf] *τὰ* R, *τ'* (voluitne *τ̄*, *τὰ*?) schol. V Nub. 174; cf. Eccl. 265. Brunck *τὰς περσικάς*.

---

227 sq. *κακῶς παρέξω*] *invita dabo* [1]. — *προσκινήσομαι*] *τοῦ μὲν ἀνδρός ἐστι τὸ κινεῖν* [2], *τῆς δὲ γυναικὸς τὸ προσκινεῖσθαι* [3].

229 sq. De *persicis* vid. ad Nub. 151, et cum toto versu cf. Av. 1254.

231 sq. Frequentia igitur etiam Aristophanis aetate erant Athenis manubria *λεοντοβάμονα*, — ut voce Aeschylea [4]) utar, — quale in antiquissimo [5]) sepulcro prope Acharnas his annis est inventum; cultri dico manubrium eburneum, quod leonibus duobus conquiniscentibus est ornatum [6]). Recte autem in scholio observatur, ipsam rerum naturam ferre ut is qui bestiae quadrupedis imaginem in manubrio exculpat, subsidentem (*ὀκλάζουσαν*) fingat, *ὅπως μὴ ἀποθραύοιντο αὐτῶν οἱ πόδες, εἰ ὀρθοὶ ἑστῶτες γλύφοιντο.*

---

[1]) Ovid. Amor. I 4, 65 et vid. supra ad vs. 162. — [2]) Vid. annot. crit. ad Nub. 1102. — [3]) Item Eccl. 256; vid. etiam Pac. 903 Xenarch. fr. 4^{23} (-*νοι* leg. -*νων*?). — [4]) Aesch. fr. 224. — [5]) Aevi Mycenaei quod dici solet. — [6]) Vid. Perrot et Chipiez VI 802.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ταυτὶ ἐμπεδοῦσα μὲν πίοιμ' ἐντευθενί, —

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

ταυτὶ ἐμπεδοῦσα μὲν πίοιμ' ἐντευθενί, —

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

εἰ δὲ παραβαίην, ὕδατος ἐμπλῆθ' ἡ κύλιξ.

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

εἰ δὲ παραβαίην, ὕδατος ἐμπλῆθ' ἡ κύλιξ.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ξυνεπόμνυθ' ὑμεῖς ταῦτα πᾶσαι;

ΠΑΣΑΙ.

νὴ Δία.

---

235 sq. *ἐμπλῆθ' ἡ* Dawes] *ἐμπλησθῇ* R.

237. *ξυνεπόμνυθ'*] *-σθ'* R. ‖ Versus exitum Cunctis dedi (vid. vs. 211); R habet signum personae mutatae, recens manus tribuit Myrrhinae, Calonicae dabat Brunck.

---

233 sq. *ἐμπεδοῦσα*] vid. ad vs. 211.

235 sq. Cum hac imprecatione, quae echo quandam habet epicae locutionis *ὕδωρ καὶ γαῖα γενοίμην*, cf. vs. 197 et de verborum structura vid. ad Eq. 694 sq.; luculenter autem Lysistratae verba ostendunt discrimen, quod eiusmodi locis est inter subiunctivum et optativum. Nam id quod vult debetque facere, id quod expectatur nec dubium videtur quin sit futurum, *participio* (= *ἐάν* cum subi.) indicat: *haec si servavero, —* et servabo profecto! — *ex poculo isto bibam!* Dein optativo usa addit: *at si* — quod di avertant! — *nolim stare iureiurando, in aquam vertatur merum* [1]). Sic etiam in lege Gortynia de rebus frequenter occursantibus passim usurpatur subiunctivus praemissis particulis *αἴ κα*, optativo vero cum particula *αἰ* enuntiantur quae eo potissimum consilio adduntur ne quid in legis praeceptis omittatur; e. g. in hisce verbis: *ἐνδοθιδίαν δώλαν αἰ κάρτει δαμάσαιτο, δύο στατῆρανς καταστάσει. αἰ δέ κα δεδαμναμέναν, πεδ' ἀμέραν, ὀδελόν, αἰ δέ κ' ἐν νυττί, δύ' ὀδελόνς* [2]), ubi *numeris* singulorum delictorum frequentia sic potest ostendi:

opt.: subi. = 1(2): 12.

Nam stater (argent.) = obeli duodecim. Item mox: *αἴ κ' ἀνὴρ καὶ γυνὴ διακρίνωνται, suas res sibi habebit mulier, καὶ πέντε στατῆρανς αἴ κ' ὁ ἀνὴρ αἴτιος ἦ τᾶς χηρεύσιος* (*χηρ.*)· *αἰ δὲ πωνίοι* (*φωνίοι*) *ὁ ἀνὴρ μὴ αἴτιος ἦμεν, τὸν δικαστὰν ὀμνύντα κρῖνεν. αἰ δέ τι ἄλλο πέροι* (*φέροι*) *τῶ ἀνδρός, πέντε στατῆρανς καταστάσει*: — minime rara sunt divortia, solet autem vir repudiare uxorem, non contra, et ratio fert ut nonnisi suas res secum ferat mulier discedens; si vero — id quod raro tantum fieri potest — contendat vir uxorem ipsam divortium fecisse vel etiam se defraudasse, tunc itur ad iudicem [3]).

---

[1]) Nos: *als ik* ... (subi.) et: *doch mocht ik bij geval* ... (opt.). — [2]) Leg. Gort. I^{11-15}. — [3]) Leg. Gort. II^{45}—III^{3}; praeterea cf. infra vs. 1112 Thucyd. I 121 § 4 III 9 § 2 IV 59 § 3 Hom. *Γ* 299 etc.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

φέρ' ἐγὼ καθαγίσω τήνδε.

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

τὸ μέρος γ', ὦ φίλη,
ὅπως ἂν ὦμεν εὐθὺς ἀλλήλων φίλαι.

(Auditur clamor.)

ΛΑΜΠΙΤΩ.

τίς ὡλολυγά;

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

τοῦτ' ἐκεῖν' οὑγὼ ἔλεγον·
αἱ γὰρ γυναῖκες τὴν πόλιν τὴν τῆς θεοῦ
ἤδη κατειλήφασιν. ἀλλ', ὦ Λαμπιτοῖ,
σὺ μὲν βάδιζε καὶ τὰ παρ' ὑμῖν εὖ τίθει,
τασδὶ δ' ὁμήρους κατάλιφ' ἡμῖν ἐνθαδί.

(Abit Lampito.)

---

238. γ'] τ' R.
239. Del. Hamaker.
240. ὡλολυγά] ἀολολυγά R. || τοῦτ' Bergler] ταῦτ' R. || οὑγὼ Kuster] οὐκ ἐγω R; vid. Ach. 41 Pac. 64.
241. πόλιν τὴν Hirschig] ἀκρόπολιν R; cf. vs. 179.
243. ὑμῖν Reiske] ὑμῶν R; vid. vs. 172 et Thesm. 1170.
244. κατάλιφ'] κατάλειφ' R metro invito. || ἐνθαδί] ἐνθάδε R.

---

238. καθαγίσω] vid. ad Plut. 681.

— τήνδε] τὴν κύλικα [1]).

— τὸ μέρος γε] verita Calonica ne Lysistrata sive pacis studio sive siti abrepta calicem siccare velit sola, *pro rata certe parte!* exclamat, *ut „sacrificii" participes cunctae fieri possimus et sic inter nos conciliari.* — Sic τὸ μέρος etiam in Avibus adhibitum iuvenitur [2]); cognati autem sunt loci ubi τὸ μέρος [3]) vel τοὐμόν [4]), τὸ σόν [5]), τὸ ἐκείνου μέρος [6]) valet *quantum in me, te, illo est*, τοὖν γ' ἐμοί etc., cuiusmodi tamen nihil invenitur apud Aristophanem, ita ut appareat hanc locutionem post comici demum aetatem in sermonem quotidianum esse receptam. Similis praeterea est locutio adverbialis ἐν (τῷ) μέρει [7]), nec non huc pertinent: ἔπειτα αὐτῆς μέρος ἐγένετο [8]) et: μήτ' ἐν ἀνθρώπου μέρει | μήτ' ἐν θεοῦ ζῆν [9]).

240. ὦ ὀλολυγά] vid. ad Eq. 616.

— τοῦτ' ἐκεῖν' οὑγὼ ἔλεγον] vid. ad Ran. 318.

243. τὰ παρ' ὑμῖν εὖ τίθει] cf. Orestis Euripidei verba: καὶ μὴν ἐκεῖνά γ' ἡ τύχη θήσει καλῶς [10]).

244. τασδί] Boeotiam Corinthiamque puellas [11]).

---

[1]) Cf. vs. 201 et de omisso substantivo vid. ad Ach. 331. — [2]) Av. 624. — [3]) Herodot. I 120 II 173 Thucyd. I 74 § 3, 127 § 2 II 67 § 2, saepius apud Platonem, etc. — [4]) Eur. Heracl. 678, *meam partem* Plaut. Mil. III 1, 56. — [5]) Soph. O. C. 1366. — [6]) Eur. Hec. 989. — [7]) Vid. ad Ran. 32. — [8]) Herodot. III 69. — [9]) Alex. fr. 240. — [10]) Eur. El. 648. — [11]) Cf. vs. 85—92.

ἡμεῖς δὲ ταῖς ἄλλαισι ταῖσιν ἐν πόλει
ξυνεμβάλωμεν εἰσιοῦσαι τοὺς μοχλούς.

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

οὔκουν ἐφ' ἡμᾶς ξυμβοηθήσειν οἴει
τοὺς ἄνδρας εὐθύς;

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ὀλίγον αὐτῶν μοι μέλει.
οὐ γὰρ τοσαύτας οὔτ' ἀπειλὰς οὔτε πῦρ
ἥξουσ' ἔχοντες ὥστ' ἀνοῖξαι τὰς πύλας
ταύτας, ἐὰν μὴ 'φ' οἷσιν ἡμεῖς εἴπομεν.

ΚΑΛΟΝΙΚΗ.

μὰ τὴν Ἀφροδίτην οὐδέποτέ γ'! ἄλλως γὰρ ἂν
ἄμαχοι γυναῖκες καὶ μιαραὶ κεκλήμεθ' ἄν.

(Omnes intrant Propylaea.)

---

249. *οὔτ' . . . οὔτε* Bekker] *οὐδ' . . . οὐδε* R (cf. vs. 212).

---

245. *ἐν πόλει*] vid. ad Nub. 69.

246. *Introeamus in arcem, ut coniunctim cum iis portas appositis seris occludamus.* De participii praesentis usu vid. ad Nub. 1212. *'Εμβάλλειν* proprium est verbum ubi de claudendis ostiis fit sermo [1]). Portas autem dicit *Propylaeorum* [2]). Cuius aedificii splendidissimi frontem efficiebant — et etiamnunc efficiunt — sex columnae in crepidine collocatae altiore, inter tertiam autem quartamque columnas patebat via ad ostium medii Propylaeorum parietis; huic ostio utrinque adiuncta erant ostia duo minora, ad quae gradibus quatuor adscendebatur. Quinque haec ostia, quae patere solebant [3]), occlusa iam tenebunt mulieres, itaque *ianuas* obseratas mox invenient senes [4]).

252. Item Chremes in Ecclesiazusis: *μὰ τὸν Ποσειδῶ οὐδέποτέ γε!* [5]).

— *ἄλλως*] vid. ad Nub. 1203.

253. Sic apud Euripidem ipsae de se mulieres: *ἀντὶ πυρὸς γὰρ ἄλλο πῦρ | μεῖζον ἐβλάστομεν γυναῖκες πολὺ δυσμαχώτερον* [6]), et alius quis: *ἄλλων δὲ πάντων δυσμαχώτατον γυνή* [7]), item olim poeta epicus: *ὡς οὐκ αἰνότερον καὶ κύντερον ἄλλο γυναικός* [8]). Et similia infra de iis — non sine causa! — iaciunt senes [9]).

---

[1]) Cf. Vesp. 200 Xen. Anab. VII 1 § 12 etc. — [2]) Vid. vs. 264 sqq.; schol. *τοὺς μοχλοὺς τοῦ ναοῦ* scribens Parthenonemne cogitabat? — [3]) Cf. Heliodorus apud Harpocr. s. v. *Προπύλαια.* — [4]) Vs. 309 sqq.; interpretes recentiores in alia omnia aberrantes refellit WJWhite *'Εφημ. Ἀρχ.* 1894, 56 sqq. — [5]) Eccl. 748. — [6]) Eur. fr. 482. — [7]) Eur. fr. 548; vid. etiam Med. 409 fr. 278, 1045 etc. — [8]) Hom. *λ* 427. — [9]) Vs. 369, 1014 sq.

PARODUS CHORI.

(vs. 254—386.)

(Semichorium senum orchestram a dextra parte intrat lento gradu; stipites altero humero gestant manuque tenent ollam.)

SCENA QUARTA.

Senes soli.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ (*Strymodorus*).

χώρει, Δράκης, ἡγοῦ βάδην, εἰ καὶ τὸν ὦμον ἀλγεῖς
κορμοῦ τοσουτονὶ βάρος χλωρᾶς φέρων ἐλάας.

Stropha 1 (vs. 256—265).

UNUS E CHOREUTIS (*Draces*).

ἦ πόλλ' ἄελπτ' ἔνεστιν ἐν τῷ μακρῷ βίῳ! φεῦ!
ἐπεὶ τίς ἄν ποτ' ἤλπισ', ὦ Στρυμόδωρ', ἀκοῦσαι,
γυναῖκας, ἃς ἐβόσκομεν

---

254. Strymodorum esse eum qui primus e choreutis verba faciat (Coryphaeum) recte qui statuerent fuerunt olim, teste schol.; nunc R versui 266 manu recenti appictum habet: *στυμμόδωρος* (cf. vs. 259).

255. *βάρος χλωρᾶς φέρων* Bentley] *φέρων βάρος χλωρὰς* R. || *ἐλάας*] *ἐλαίας* R.

256. In R recens manus appinxit: *δράκης.* || *ἔνεστιν* Reisig] *ἐστὶν* R, *ἄελπτά γ' ἐστὶν* Scaliger.

259. *Στρυμόδωρ'*] *στυμμόδωρ'* R.

---

254 sqq. Senes accurrunt; iuniores enim viri aut peregre abiere bellatum aut urbis moenia tuentur.

254. *Δράκης*] vid. ad Ach. 220.

— *βάδην*] vid. ad Ach. 399.

255. *κορμοῦ*] vox a *κείρειν* verbo est ducta [1]), desumta autem est e dictione poetarum. Nempe locum vere tragicum verba decent cothurnata. Cf. Lycus tyrannus Herculis uxori patri filiis aram obtinentibus mortem minitans et hisce verbis suos asseclas increpans: *ἄγ', οἳ μὲν Ἑλικῶν', οἳ δὲ Παρνασοῦ πτύχας | τέμνειν ἄνωχθ' ἐλθόντες ὑλουργοὺς δρυὸς | κορμούς· ἐπειδὰν δ' εἰσκομισθῶσιν πόλει, | βωμὸν πέριξ νήσαντες ἀμφήρη ξύλα, | ἐμπίμπρατ' αὐτῶν καὶ πυροῦτε σώματα | πάντων κτέ.* [2]).

256. Item chorus apud Eupolidem: *ἦ πολλά γ' ἐν μακρῷ χρόνῳ γίγνεται μεταλλαγῇ | πραγμάτων· μένει δὲ χρῆμ' οὐδὲν ἐν ταὐτῷ ῥυθμῷ* [3]). Idemque olim dixerat Archilochus: *χρημάτων ἄελπτον οὐδέν ἐστιν οὐδ' ἀπώμοτον* [4]), idem Aiax Sophocleus: *οὐκ ἔστ' ἄελπτον οὐδέν* [5]). — Senes de vitae aerumnis queritantes et iuventutem desiderantes ex Acharnensibus Vespisque novimus.

258 sqq. Cf. Thesm. 524—526.

258. *ἐπεὶ*] vid. ad Vesp. 519.

259. *Στρυμόδωρε*] vid. ad Ach. 220 et 273.

260. *ἐβόσκομεν*] vid. ad Ach. 678.

---

[1]) Cf. Soph. Trach. 1195 sq. — [2]) Eur. Herc. 240 sqq.; praeterea vid. Hom. ψ 196 Herodot. VII 36 Eur. Hec. 575 Hel. 1601 Cycl. 384 et ad Av. 321. — [3]) Eupol. fr. 356. — [4]) Archil. fr. 76. — [5]) Soph. Ai. 648.

κατ' οἶκον ἐμφανὲς κακόν,
κατὰ μὲν ἅγιον ἔχειν βρέτας,
κατὰ δ' ἀκρόπολιν ἐμὴν λαβεῖν,
μοχλοῖς δὲ καὶ κλῄθροισί μου
τὰ Προπύλαια πακτοῦν;

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἀλλ' ὡς τάχιστα πρὸς πόλιν σπεύσωμεν, ὦ Φιλοῦργε,
ὅπως ἂν αὐταῖς ἐν κύκλῳ θέντες τὰ πρέμνα ταυτί,
ὅσαι τὸ πρᾶγμα τοῦτ' ἐνεστήσαντο καὶ μετῆλθον,
μίαν πυρὰν νήσαντες ἐμπρήσωμεν αὐτόχειρες
πάσας ἀπὸ ψήφου μιᾶς, πρώτην δὲ τὴν Λύ . . . κωνος.

---

263. δ' Dindorf] τ' R; idem vitium est Pac. 168 Thesm. 353. Servato τ' Bergk vs. 264 mavult τι pro δὲ. || ἐμὴν Meineke] ἐμὰν R; κατὰ δὲ πόλιν λαβεῖν ἐμὴν mavult Meineke.

264. μοχλοῖς] μοχλοῖσιν R. || κλῄθροισί μου Meineke] κλῄθροισιν R; vid. ad vs. 279.

267. αὐταῖς] αὐτὰς Reisig, sic vero ἐν κύκλῳ vix habet quo referatur.

270. ἀπὸ Meineke] ὑπὸ R Γ, sed ἀπὸ legit schol.

---

261. *ἐμφανὲς κακόν*] *φανερὰν ζαμίαν*, ut ait Megarensis ille [1]). Quod crimen in Thesmophoriazusis festivissime ab ipsis mulieribus refellitur [2]).

262. *βρέτας*] *priscum signum Minervae* [3]).

264. Sic apud Euripidem Hermione: *εὖ φυλάσσετε | κλῄθροισι καὶ μοχλοῖσι δωμάτων πύλας* [4]). Sublimioris dictionis vox *κλῇθρα* etiam in Vespis occurrit [5]).

265. *πακτοῦν*] hoc quoque verbum redit in Vespis [6]).

266. *πρὸς πόλιν*] vid. ad Nub. 69.
— *Φιλοῦργε*] vid. ad Ach. 220.

267. *τὰ πρέμνα*] vid. ad Av. 321.

268. *Quotquot hanc rem instituerunt et prosecutae sunt.* Apud oratores plus semel redit locutio *ἐνστήσασθαι πρᾶγμα, ἀγῶνα, κρίσιν* [7]), ipsa autem *πράγματα* — id est res graves, molestae, *δίκαι, πόλεμος, κρίσις,* similia — dicuntur *ἐνστῆναι*. — De verbo *μετελθεῖν* vid. ad Eq. 605.

269. Cf. locus Euripidis, quem ad vs. 255 excripsi; de verbo *νῆσαι* autem vid. ad Nub. 1203, de voce *αὐτόχειρι* ad Av. 1135.

270. *τὴν Λύ . . . κωνος*] praeter expectatum non Ly*sistrata* commemoratur sed Ly*conis* uxor, — nam mente supplendum esse *γυναῖκα*, non *θυγατέρα*, docet contextus [8]). Sic in transitu vellicatur famosa quaedam mulier; cuiusmodi *ἀπροσδόκητα* amat comoedia. Recte vetus interpres: *τὴν Ῥοδίαν λέγει . . ., τὴν Αὐτολύκου μὲν μητέρα, γυναῖκα δὲ Λύκωνος, ἐπ' αἰσχροῖς κωμῳδουμένην. Εὔπολις Πόλεσιν* (anno abhinc decimo)· „*ὥσπερ ἐπὶ τὴν Λύκωνος ἔρρει πᾶς ἀνήρ*“ [9]), et biennio post Eupolis totam fabulam scripsit in Autolycum

---

1) Ach. 737; de adverbio *ἐμφανῶς* vid. ad Ach. 812. — 2) Thesm. 785 sqq. — 3) Vid. ad Eq. 31 sq. Av. 1128. — 4) Eur. Andr. 950 sq. — 5) Vesp. 1484. — 6) Vesp. 128; praeterea vid. fr. 721 Soph. Ai. 579 et ann. crit. ad Ach. 479. — 7) Demosth. X § 21 XVIII § 4 Lycurg. Leocr. § 31. — 8) Ut supra vs. 63. — 9) Eupol. fr. 215; vid. Proleg. Vesp. p. XXXVIII—XL.

Antistropha 1 (vs. 271—280).

UNUS E CHOREUTIS (*Philurgus*).

οὐ γάρ, μὰ τὴν Δήμητρ', ἐμοῦ ζῶντος ἐγχανοῦνται.
ἐπεὶ οὐδὲ Κλεομένης, ὅς αὐτὴν κατέσχε πρῶτος,
ἀπῆλθεν ἀψάλακτος, ἀλλ'
ὅμως Λακωνικὸν πνέων
ᾤχετο θὤπλα παραδοὺς ἐμοί,

272. *ἐμοῦ ζῶντος*] *ἐμοὶ ζῶντί γ'* Blaydes non recte; absolute nunc dicitur *ἐγχανεῖν* = *ὑβρίσαι*, ut Ach. 221 (*quamdiu vivam equidem*, non: *vivo certe mihi*...).
277. *ᾤχετο θὤπλα Γ*] *ᾤχετ' ὅπλα* R. Articulus necessarius; *θὤπλ' ᾤχετο* Bothe, Bergk *ᾤχετο παρά θ' ὅπλα δοὺς ἐμοί,* | *σμικρόν τ' ἔχων τριβώνιον*.

Lyconis filium, neque eius matri pepercit [1]). Nunc quam ob causam Rhodia notetur nescio; sed errare mihi videntur qui spreto scholio *Lysistratam* intellegunt, hanc Lyconis alicuius uxorem nunc dici opinati [2]). Quod si poeta voluisset, clarioribus opinor verbis esset usus.

272. *ἐγχανοῦνται*] vid. ad Vesp. 721.

273. *Cleomenes* Spartae rex arcem cum cepisset Isagorae opitulatus, per biduum illic ab Atheniensibus est oppugnatus, dein cum suis militibus et Isagora e composito abiit, Isagorae autem sectarii morte sunt multati [3]). Post quas turbas integrum fere saeculum tunc erat praeterlapsum, stele autem aerea in arce collocata earum memoriam servabat [4]). Itaque quod mox ait chorus, *sibi* Cleomenem tradidisse arma, quodque infra, Lipsydrium olim se occupasse [5]), luculenter haec testantur huiuscemodi locis temporum rationem non haberi [6]), sed pro choro cogitari ipsam civitatem. Sic expediendi sunt etiam loci ubi Marathone pugnasse choreutae dicuntur [7]). Etiam Thesmophoriazusarum locus, ubi vir (non tamen choreuta), qui annum quinquagesimum fere agit, Phrynichum aliquando tragicum audivisse dicitur, hic est afferendus [8]).

275. *ἀψάλακτος*] *ἄθικτος*, *intactus* [9]); cf. supra *ὑποψαλάσσειν* verbum [10]).

276 sq. Verba sic cohaerent: (*καίπερ*) *Λακωνικὸν πνέων, ὅμως ᾤχετο*. De locutione *πνεῖν Λακωνικόν* vid. ad Ran. 1016. Verborum traiectio eadem est infra [11]), item in Equitibus [12]) et saepius apud alios; e. g. apud Thucydidem: *οὗτοι δὲ ὅμως καὶ πεισθέντες ὑπελείποντο* [13]), apud Lysiam: *ὑμεῖς δὲ ὅμως καὶ οὕτω διακείμενοι ἐθορυβεῖτε* [14]), apud Euripidem: *ἐγὼ δέ σε...* | *δέσποιν' ὅμως οὖσ' ἀντικηδεύω πατρός* [15]), apud Sophoclem: *ἄοκνον ἔμπα, καὶ τὰ νῦν* | *τηλωπὸς οἰχνεῖ* [16]). Item apud Plautum *tamen* vel *tam* (i. e. *tamĕn*): *tam etsi non novi dabo* [17]), *tam etsi occupatus es* [18]), *quae tamen cum res secundae sunt se poterit noscere* [19]).

[1]) Vid. ad Vesp. 1026. — [2]) Sic Bisetus Bothe Meineke Blaydes alii. — [3]) Herodot. V 72 [Arist.] Rep. Ath. 20. — [4]) Vid. schol. — [5]) Vs. 665 sq. — [6]) Vid. etiam ad vs. 800—804. — [7]) Infra vs. 285 Ach. 181 etc. — [8]) Thesm. 164. — [9]) Etiam Cratetem (fr. 46) et Sophoclem (fr. 495) hoc adiectivo usos esse affirmant grammatici. — [10]) Vs. 84. — [11]) Vs. 825 sq. — [12]) Vid. Eq. 391 sq. — [13]) Thucyd. V 61 § 3; vid. etiam VII 1 § 2 VIII 93 § 1. — [14]) Lys. XII § 73. — [15]) Eur. Ion. 733 sq.; cf. etiam Med. 280 Hel. 728 Soph. O. C. 666, 851, 957. — [16]) Soph. Ai. 563. — [17]) Plaut. Curc. II 2, 9. — [18]) Pseudul. I 3, 16. — [19]) Stich. I 2, 68.

σμικρὸν ἔχων πάνυ τριβώνιον,
πινῶν, ῥυπῶν, ἀπαράτιλτος,
ἓξ ἐτῶν ἄλουτος.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

οὕτως ἐπολιόρκησ' ἐγὼ τὸν ἄνδρ' ἐκεῖνον ὠμῶς,
ἐφ' ἑπτὰ καὶ δέκ' ἀσπίδων πρὸς ταῖς πύλαις καθεύδων.
τασδὶ δὲ τὰς Εὐριπίδῃ θεοῖς τε πᾶσιν ἐχθρὰς
ἐγὼ οὐκ ἄρα σχήσω παρὼν τολμήματος τοσούτου;

---

278. ἔχων πάνυ τριβώνιον] π. τρ. ἔ. Meineke.

279. πινῶν R] πεινῶν *Γ*; cf. Plut. 297. ‖ ῥυπῶν ἀπαράτιλτος] haec ut versui 264 responderent, Enger coniecit ῥυπῶν ἄκαρτος (cf. Nub. 835), ῥ. ἄλεκτος Bergk, ῥ. ἄτιλτος Blaydes, ἀπαράτιλτος ῥυπῶν Meineke.

281. οὕτως Brunck] οὕτω δ' R *Γ*, οὕτω 'ξεπ. Dobree. ‖ ὠμῶς Bentley] ὅμως R *Γ*.

282. ἀσπίδων] -δας Porson alii non recte; vid. comment.

---

279. πινῶν] cf. Plut. 297.

— ῥυπῶν] vid. ad Av. 1282.

— ἀπαράτιλτος] id quod apud Pherecratem alicubi dicebatur ἀπαράλεκτος [1]), est enim παραλέγειν vel παρατίλλειν ἀφαιρεῖσθαι τὰς περιττὰς τρίχας [2]).

280. ἓξ ἐτῶν ἄλουτος] liberior haec est structura; nam strictior grammatica haec potius flagitabat: οὐδὲ ἓξ ἐτῶν λελουμένος [3]). De re vid. Plut. 85 et ad Nub. 836 sq. Av. 1282.

281. ὠμῶς] *acriter*, ὀξέως. Sic Socrates apud Xenophontem: *belli ducem* (et aliis virtutibus insignem esse) *oportet* (et) εἶναι φιλόφρονά τε καὶ ὠμόν, καὶ ἁπλοῦν τε καὶ ἐπίβουλον κτέ. *mitem saevum, candidum versutum* [4]). Cf. homericum ὠμογέρων de viro seniore quidem sed alacri etiam et intacti roboris, nec non digna quae afferantur sunt Thucydidis de turbis Corcyraeis verba: οὕτως ὠμὴ ἡ στάσις προυχώρησε κτέ. [5]).

282. ἐφ' ἑπτὰ καὶ δέκ' ἀσπίδων ... καθεύδων] idem quod καθήμενος nunc valet καθεύδειν: *per duos dies duasque noctes tenui inclusos*. Militaris locutio est καθεύδειν, καθῆσθαι, τετάχθαι, ἑστάναι ἐπὶ... ἀσπίδων [6]) vel τάττεσθαι, ἵστασθαι ἐπὶ... ἀσπίδας, ut in nostri quem scholia afferunt versu: ἵστασθ' ἐφεξῆς πάντες ἐπὶ τρεῖς ἀσπίδας [7]). De ordinem servantibus genitivum, de consistentibus accusativum dici videmus; et ipsa id fert ratio.

288 sq. *Nunc autem non adsim qui harum temeritatem compescam?* De Euripide mulierum qui ferebatur osore vid. ad Ran. 1044, praesertim autem conferatur locus Thesmophoriazusarum, ubi sacerdos mulierum nomine publicas preces nuncupans *male pereat* — ait — *si quis reip. mulierum insidiatur* ἢ ἐπικηρυκεύεται | Εὐριπίδῃ Μήδοις τ' ἐπὶ βλάβῃ τινὶ | τῇ τῶν γυναικῶν [8]). Quo loco *Euripides et Persae* iuncti sunt simili ratione atque nostro *Euripides et dii*. De voce θεοῖς ἐχθρῷ vid. ad Vesp. 418, de participii praesentis usu ad Nub. 1212, de futuri indicativi ad Av. 369.

---

[1]) Pher. fr. 195. — [2]) Vid. ad Ran. 516. — [3]) *In geen zes jaar gewasschen*; cf. Vesp. 490 Plut. 98 etc. — [4]) Xen. Comm. III 1 § 6. — [5]) Thucyd. III 82 initio. — [6]) Item Thucyd. II 90 § 1 VII 79 § 1 Xen. Hell. II 4 § 11 VI 4 § 12 Anab. V 2 § 6. — [7]) Ar. fr. 66; item Thucyd. IV 93 § 4 Herodot. VI 111 VII 188 IX 31. — [8]) Thesm. 336 sq.

μή νυν ἔτ' ἐν τετραπτόλει τοὐμὸν τροπαῖον εἴη.

Stropha 2 (vs. 286—295).

UNUS E CHOREUTIS.

ἀλλ' αὐτὸ γάρ μοι τῆς ὁδοῦ
λοιπόν ἐστι χωρίον
τὸ πρὸς πόλιν, τὸ σιμόν, οἷ σπουδὴν ἔχω.
χὤπως ποτ' ἐξαμπρεύσομεν
τοῦτ' ἄνευ κανθηλίου·
ὡς ἐμοῦ γε τὼ ξύλω τὸν ὦμον ἐξιπώκατον.

---

285. *τετραπτόλει* Brunck] *-πόλει* R *Γ*, *τῇ τετραπόλει* Meineke; cf. Eur. Heracl. 80. 291. *ἐμοῦ*] *ἐμὸν* vHerwerden; equidem malim **ἐμοί*. || *ἐξιπώκατον*] *ἐξεπιώκατον* (i. e. *ἐξειπώκατον*, ι superscr.) R *Γ* schol. Cui errori deberi perfectum *ἐπίακα*, quod exhibet Eustath. 759, 42, suspicatur Rutherford.

---

285. De victoriae Marathoniae mentione vid. ad vs. 272, similis autem imprecatio est: *μή νυν ζῴην*[1]).

286—291. *Sed rebus, non verbis est opus; nam ipse clivus arcis superest conscendendus, et sine iumentis quomodo illuc perveniamus videndum; nam misere humerum mihi eliserunt duo quos porto stipites.*

288. *τὸ πρὸς πόλιν, τὸ σιμόν*] de locutione *πρὸς πόλιν* vid. ad Nub. 69, *τὸ σιμόν* autem sive *clivus* proprii fere nominis loco erat[2]). Ab arcis pede ad Propylaea, qua via sola adiri poterat arx, arduus admodum ducit clivus; nam octoginta fere cum sit metrorum, assurgit in altitudinem metra viginti septem (1/3 sive 30°).

289. *ὅπως ... ἐξαμπρεύσομεν*] de adverbii *ὅπως* hoc usu vid. ad Nub. 489. Verbum *ἐξαμπρεύειν* id quod *ἐξέλκειν* valet; nam, ut scribit scholion: *τὸ τῷ ἕλκοντι*[3]) *ζεύγει βοηθεῖν „ἀμπρεύειν" λέγεται, καὶ „ἄμπρον" τὸ διῆκον σχοινίον, verbum significat „adiuvare par iumentorum"* arbores aliudve grave onus protrahentium, *„ἄμπρον autem „dicitur funis quo iumenta sunt alligata."* Cf. lepida apud Aristotelem narratiuncula de mulo, qui *ἀφειμένος ἤδη διὰ τὸ γῆρας σ υ ν α μ π ρ ε ύ ω ν καὶ παραπορευόμενος παρώξυνε τὰ ζεύγη* tum cum aedificatus est Parthenon, quapropter publico decreto iussit populus mulum hunc utpote bene de rep. meritum *μὴ ἀπελαύνειν τοὺς σιτοπώλας ἀπὸ τῶν τηλιῶν*. Itaque annos vixit octoginta[4]).

290. *τοῦτο*] dicit *τὸ φορτίον*. De omissis substantivis vid. ad Ach. 381.

— *ἄνευ κανθηλίου*] *sine cantherio*[5]), *asino*[6]). Ductum hinc *κάνθων*[7]).

291. *ἐξιπώκατον*] *eliserunt*; de hoc verbo vid. ad Eq. 924.

---

[1]) Vs. 531 et ad Ran. 177. — [2]) Recte sic scholion allatis Ar. fr. 74 et Platon. 79; adde Dionys. 4⁴. Apud Xenophontem saepius de aliis locis acclivibus usurpatur *σιμός*: Hell. IV 3 § 23 etc. — [3]) Rutherford coniecit *τὸ ἕλκοντα*. — [4]) Aristot. Hist. Anim. VI 24 (Aelian. Nat. Anim. VI 49, Plin. VIII 69, Plutarch. Mor. 970 *a*, *b* Cat. mai. 5). Praeterea vid. Callimachus apud Etym. M. 86,29, Lycophron Alex. 635. — [5]) Plaut. Capt. IV 2, 34. — [6]) Cf. Lysipp. fr. 7³ Hermipp. 9 Plat. Conv. 221 *e*. — [7]) Vesp. 179 Pac. 82.

ALIUS CHOREUTA.

ἀλλ' ὅμως βαδιστέον,
καὶ τὸ πῦρ φυσητέον,
μή μ' ἀποσβεσθὲν λάθῃ πρὸς τῇ τελευτῇ τῆς ὁδοῦ.

OMNES.

φῦ! — φῦ! —
ἰού, ἰοὺ τοῦ καπνοῦ!

Antistropha 2 (vs. 296—305).

UNUS E CHOREUTIS.

ὡς δεινόν, ὦ ἄναξ Ἡράκλεις,
προσπεσόν μοι ἐκ τῆς χύτρας
ὥσπερ κύων λυττῶσα τὼ ὀφθαλμὼ δάκνει!
καί ἐστίν γε Λήμνιον τὸ πῦρ
τοῦτο πάσῃ μηχανῇ·
οὐ γὰρ ἄν ποθ' ὧδ' ὀδὰξ ἔβρυκε τὰς λήμας ἐμοῦ.

---

297. *προσπεσόν*] *-σών* Blaydes, de *fumo* dictum ratus et *δεινόν* pro obiecto interno verbi *δάκνειν* habens coll. Ran. 680; qui tamen dissimilis est locus, nam *sonandi* verba libenter eiusmodi neutra admittunt, durum vero foret *δεινὸν* (*δῆγμα*) *δάκνειν*. Neque suspecta est vulgata. ‖ *μοι ἐκ* (*μοὐκ*) Blaydes] *μ' ἐκ* R Γ; cf. Vesp. 1007.

299. *γε* Γ] om. R.

301. *οὐ γὰρ ἄν* Brunck] *οὐδὲ γάρ* R, *οὐ γάρ* Γ.

---

295. *τοῦ καπνοῦ!*] vid. ad Vesp. 161.

296 sq. *δεινὸν* et *προσπεσόν*] cogitat vocem *τὸ πῦρ*, qua versu demum 299 utitur.

298. *τὼ ὀφθαλμὼ δάκνει*] ignis fumus *oculos mordere* etiam Plut. 822 dicitur.

299—301. More suo [1]) comicus nomini proprio novam et plane inauditam tribuit vim. „*Λήμνιον*" enim perhibet senex hunc esse ignem, qui „*λήμας*" suas [2]) tam vehementer mordeat [3]). In proverbio erat *τὸ Λήμνιον πῦρ*, quo proprie designabatur ***Mosychlus*** Lemni insulae mons ignivomus, in quo Vulcanus officinas suas habere credebatur ab illarum regionum hominibus, ut in Aetna a Siculis. Itaque mortis appetens Philoctetes Sophocleus: *ὦ τέκνον ὦ γενναῖον*, — affatur Neoptolemum — *ἀλλὰ συλλαβὼν | τῷ Λημνίῳ τῷδ' ἀνακαλουμένῳ πυρὶ | ἔμπρησον, ὦ γενναῖε* [4]). Hinc comicus aliquis *Λήμνιον βλέπειν* — quod affertur apud Hesychium — dixit de oculis ardentibus. Alienum vero hinc esse ***mulierum*** Lemniarum illud facinus, quod prisca carmina celebrabant, observari non esset opus, nisi unus e scholiastis id huc traheret.

300. *πάσῃ μηχανῇ*] vid. ad Av. 549 Ran. 1235.

---

[1]) Vid. ad Vesp. 84 et 353. — [2]) Vid. ad Nub. 327. — [3]) De verbo *βρύκειν* vid. ad Av. 26. — [4]) Soph. Phil. 799 sqq.; cf. Lycophr. Alex. 227 Senec. Herc. 1366.

ALIUS CHOREUTA.

σπεῦδε πρόσθεν εἰς πόλιν,
καὶ βοήθει τῇ θεῷ,
ἢ πότ' αὐτῇ μᾶλλον ἢ νῦν, ὦ Λάχης, ἀρήξομεν;

OMNES.

φῦ! — φῦ! —
ἰού, ἰοὺ τοῦ καπνοῦ!

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

τουτὶ τὸ πῦρ ἐγρήγορεν θεῶν ἕκατι καὶ ζῇ.
οὔκουν ἄν, εἰ τὼ μὲν ξύλω θείμεσθα πρῶτον αὐτοῦ,
τῆς ἀμπέλου δ' εἰς τὴν χύτραν τὸν φανὸν ἐγκαθέντες
ἅψαντες, εἶτ' εἰς τὴν θύραν κριηδὸν ἐμπέσοιμεν;
κἢν μή, καλούντων, τοὺς μοχλοὺς χαλῶσιν αἱ γυναῖκες,

---

304. *ἢ πότ'* Bothe] *εἴ ποτ'* R *Γ*, *ἤ ποτ'* (*etiamne unquam*) Reiske. || *ἀρήξομεν*] *-μην* R
306. *ἕκατι* R] *ἕκητι* *Γ*.
307. *οὔκουν*] *τί δῆτ'* Blaydes (ut vs. 399 Nub. 769 etc.), audacius quam probabilius. || *εἰ ... θείμεσθα Γ*] *οὖν ... θώμεσθα* R. || *αὐτοῦ Γ*] *αὐτὸν* R.
308. *ἐγκαθέντες* R] *ἐγκαταθέντες* *Γ*.
310. *κἢν*] *κἂν* R *Γ*.

---

302. Vid. ad Eq. 751 et de voce *πόλει* ad Nub. 69.

303. Simillima sunt verba Philocleonis a sodalibus opem petentis: *πότε δ', εἰ μὴ νῦν, ἐπαρήξετέ μοι* [1]). De poetico verbo *ἐπαρήγειν* vid. ad Plut. 476.

305. *τοῦ καπνοῦ!*] vid. ad Vesp. 161.

306. *ἕκατι*] hoc quoque poetice dictum [2]); nam quotidiani sermonis erat *θεῶν χάριν* [3]).

307—311. *Nunc igitur ligna apponamus ostio et faces incendamus, dein ianuam arietemus, et nisi reserent eam mulieres, fumo struis incensae eas opprimamus.*

307. *οὔκουν ἄν*] elliptice dictum; mente suppleri potest *καλῶς ἔχοι* vel simile quid. Vid. de huiuscemodi enuntiatis supra vs. 191 sq.

308. *τῆς ἀμπέλου ... τὸν φανὸν*] *facem e vineae sarmentis* [4]), *κληματίσιν*, aptissima ad comburendum materie [5]) nec facile deficienti in regione vinearum feraci. Dicebatur etiam *πανός* [6]).

309. *τὴν θύραν*] *medium* solum cogitat ostium; non enim opus erat etiam cetera quatuor (de quibus vid. ad vs. 246) reserari vel effringi.

— *κριηδὸν*] item alibi is qui fortiter ostium pulsat dicitur *κενταυρικῶς ἐνάλλεσθαι* [7]).

---

[1]) Vesp. 402. — [2]) Apud nostrum redit Pac. 699, quo loco tragoediae fit imitatio; cf. Aesch. Choeph. 214 etc. Teleclid. fr. 41^4. — [3]) Nostrum *goddank*; cf. Vesp. 62. — [4]) Cf. fr. 375 Anaxandr. 48 Nicostrat. 22 Alex. 87^3 Philippid. 16. — [5]) Cf. Thesm. 728, 739 Thucyd. VII 53 § 4 Theogn. 1360. — [6]) Diphil. fr. 6 Menandr. 62; unde egregio acumine Reiske *πανούς* pro *πόνους* restituit Rhes. 988. — [7]) Ran. 38, ubi vid.

ἐμπιμπράναι χρὴ τὴν πυρὰν καὶ τῷ καπνῷ πιέζειν.
θώμεσθα δὴ τὸ φορτίον. — φεῦ τοῦ πόνου! βαβαιάξ! —
τίς ξυλλάβοιτ' ἂν τοῦ ξύλου τῶν ἐν Σάμῳ στρατηγῶν;

(Ligna ponunt ante ostium Propylaeorum.)

ταυτὶ μὲν ἤδη τὴν ῥάχιν θλίβοντά μου πέπαυται.
σὸν δ' ἔργον ἐστίν, ὦ χύτρα, τὸν ἄνθρακ' ἐξεγείρειν,
τὴν λαμπάδ' ἡμμένην καλῶς ὅπως ἐμοὶ παρέξεις.

---

311. *ἐμπιμπράναι*] *ἐμπιπρ.* R Γ. ‖ *τὴν πυρὰν* Hamaker] *τὰς θύρας* R Γ. Et repetitum tertio versu displicet vocabulum, et pluralis post singularem, et ipsius consilii impia temeritas. Cf. vs. 269, 373 sq. ‖ *καπνῷ*] litteras *-πνῶ(ι)* om. R, add. corrector.

312. **πόνου*] *καπνοῦ* R Γ. *Fumi* mentio hinc aliena, sed dubito utrum *πόνου* an **κόπου* verum ducam.

315. *ἔργον ἐστὶν* Γ] *ἐστὶν ἔργον* R.

316. **καλῶς ὅπως ἐμοὶ παρέξεις*] *ὅπως πρῶτον ἐμοὶ προσοίσεις* R, *πρῶτος ὅπως ἐμοὶ συνοίσεις* Γ. Vitium textum traditum contraxisse testantur numeri violati et codicum discrepantia. Scripsi autem quod poscere videbatur contextus, dubitanter tamen; *παρέξεις* etiam Herwerdeno in mentem venerat, qui tamen id reiecit. Non sufficiunt quae proposita sunt: *ὅπως πρώτιστ'* (Enger) vel *πρόφρων* (Reisig) vel *πρώτῳ γ'* (Bothe) *ἐμοὶ προσοίσεις*. Nam verbo *προσφέρειν* si comicus uti volebat, sic potius erat scripturus: **ὅπως τούτοις* (lignis) *ἐγὼ προσοίσω* (cf. vs. 435, 471, 484 etc.).

---

312. *τοῦ πόνου!*] vid. ad Vesp. 161. — *βαβαιάξ*] vid. ad Eq. 1.

313. *Huc cum copiis adeste, o duces!* — Tumultum repressurus et sacram arcem seditiosissimis mulieribus erepturus „*ecquis est*" coryphaeus exclamat „*inter* „*strategos, qui opitulari mihi velit pro* „*patria desudanti? nimis enim gravia* „*sunt haec ligna.* Procul absunt illi, dum „hic in ipsa urbe praesentissimum flagrat „bellum!" — Tunc cum fabula nostra scenae commissa est strategi cum classe Sami erant, et ipsa civitatis salus penes illos esse videbatur [1]). Nuper autem deliberatum ad illos missus erat *Pisander* cum decem legatis, sed ea res huc non pertinet; doctius autem quam prudentius ad *Phrynichum*, cui hoc fere tempore abrogata est praetura [2]), verba comici rettulit Didymus, allato loco e Crateri *Συναγωγῇ ψηφισμάτων*, ubi Phrynichi a populo damnati fiebat mentio [3]). Nam hic est sensus scholii: „*Δίδυμος καὶ καρτερὸς φη/* (sic R) *ταῦτα αἰνίττεσθαι εἰς Φρύνιχον τὸν Στρατωνίδου· ἐκακοηθεύσατο γὰρ κτέ.*", quae gravius etiam corrupta leguntur in codice Γ: „*ταῦτά φασιν*" [4]), verba autem sic ordinanda esse: „*Δίδυμός φησι ταῦτα αἰνίττεσθαι εἰς Φρ. τὸν Στρ.· καὶ Κράτερος· ἐκακοηθεύσατο γὰρ κτέ.*" vidit Rutherford. — Etiam quae in scholiis sequuntur: „*ἄλλως· οἱ ἐν Σάμῳ στρατηγοῦντες ἐδυστύχησαν πάνυ. λέγει οὖν· τίς ἐκείνων συλλάβοιτο ἂν τοῦ ξύλου, ἵνα πλέον δυστυχήσῃ*" longe aberrant a mente poetae; cuius verbis nihil inest malitiosi, nihil quo carpatur vir aliquis turbulentus vel suspectus vel infeliciter rem gerens.

315. *σὸν . . . ἔργον*] vid. ad Nub. 1345.

---

[1]) Vid. Prolegomena. — [2]) Thucyd. VIII 54; vid. etiam ad Ran. 689. — [3]) Cobet Mnemos. 1873 p. 125 Didymo est assensus, argumentis tamen nullis additis. — [4]) De simili errore vid. ad Nub. 967.

δέσποινα Νίκη, ξυγγενοῦ, τῶν τ' ἐν πόλει γυναικῶν
τοῦ νῦν παρεστῶτος θράσους θέσθαι τροπαῖον ἡμᾶς.

(Faces carbonibus admovent, a spectatoribus aversi.
Semichorium mulierum a parte dextra accurrit. Gestant urnas.)

SCENA QUINTA.

Mulieres solae.

DUX MULIERUM (*Stratyllis*).

λιγνὺν δοκῶ μοι καθορᾶν καὶ καπνόν, ὦ γυναῖκες,
ὥσπερ πυρὸς καομένου· σπευστέον ἐστὶ θᾶττον.

Stropha (vs. 321—334).

UNA E MULIERIBUS.

πέτου, πέτου, Νικοδίκη,

317. τ'] γ' Bothe, del. Bergk, sic vero dicendum esset potius: ξυγγενοῦ ἡμῖν κτέ., infinitivus autem in precibus nihil insoliti habet (vid. Ach. 248 sqq.).
319 sq. Sic Γ, ordine inverso R.
319. Praescriptum in R $\overset{o}{\chi}$ γυναι$^{\kappa}$, sed vs. 350 στρατυλλίς (et passim in seqq. a manu recenti ϛρ.).
320. ὥσπερ Γ] ὡς R.
321. In R praescriptum ημι$^{\chi}$ γυ$^{\nu}$/.

317. Nunquam aptius invocari potuit Victoria quam a pugnam inituris ante ipsam aedem Ἀθηνᾶς Νίκης [1]). Huius enim templum Propylaea adiacebat et hodie quoque — nam e ruderibus erectum est denuo — adiacet.
— ἐν πόλει] vid. ad Nub. 69.
318. τοῦ ... παρεστῶτος θράσους] item apud Sophoclem: τόλμης τῆς παρεστώσης τὰ νῦν [2]).
— θέσθαι τροπαῖον] vid. ad Plut. 453.
319 sqq. Ex urbe ἀνὰ τὸ σιμὸν — ut modo viri — iam accurrunt mulieres, quae ignem restinguant. Non enim assentiendum est interpreti in scholiis annotanti: „νῦν ἐστιν ἡμιχόριον τὸ λέγον ἐκ γυναικῶν εἰσερχομένων (i. e. *orchestram* vel *scenam intrantium*) ἄνωθεν, ἵνα καὶ τὸ ὕδωρ αὐτῶν καταχέωσιν ἄνωθεν". Nam ratio fert ut hae mulieres non ante senes arcem adscenderint sed nunc — id quod fieri ante oculos suos vident spectatores — a tergo eos sequantur; ipsae autem mox profitentur se urnas suas implevisse e fonte qui in ipsa urbe erat [3]). Neque *ex edito loco* mox perfunduntur senes, nam facibus *crines* mulierum incendere conantur [4]). — Aliena ab hoc loco sunt verba scholii: „ὀνόμα<τα> γυναικῶν τῶν ἐν τῇ ἀκροπόλει", quae non versum 321 spectant, ubi *Nicodices* alicuius cum ceteris mulieribus nunc accurrentis fit mentio, sed ad *Calycen* et *Crityllam* (vs. 322 sq.) sunt referenda. *Festinate*, — clamat haec muliercula — *ne comburantur amicae nostrae arcem tenentes*.
319. λιγνὺν] vid. ad Av. 1241.

[1]) De qua vid. Eq. 589. — [2]) Soph. O. C. 1030; praeterea cf. Eq. 399. — [3]) Vid. vs. 378. — [4]) Vs. 381.

πρὶν ἐμπεπρῆσθαι Καλύκην
τε καὶ Κριτύλλαν † περιφυσήτω
ὑπό τε νόμων ἀργαλέων
ὑπό τε γερόντων ὀλέθρων. †
ἀλλὰ φοβοῦμαι τόδε· μῶν ὑστερόπους βοηθῶ;
νῦν δὴ γὰρ ἐμπλησαμένη τὴν ὑδρίαν κνεφαία
μόλις ἀπὸ κρήνης ὑπ' ὄχλου καὶ θορύβου
καὶ πατάγου χυτρείου,
δούλαισιν ὠστιζομένη
στιγματίαις θ', ἁρπαλέως
ἀραμένη <δεῦρο δρόμῳ ἐπ-
ειγομένη> ταῖσιν ἐμαῖς
δημότισιν καομέναις
φέρουσ' ὕδωρ βοηθῶ.

---

324 sq. Corrupta; pro νόμων Reiske νέων, probabilius Blaydes ὑπό γ' ἀνόμων ἀργαλέων | τυφογερόντων ὀλέθρων, sed τυφογέροντες etiam vs. 335 legitur, neque conveniunt numeri versus antistrophi 338, ubi vid.

326. In R praescriptum $\overset{\chi}{\eta\mu\iota}$. || τόδε... βοηθῶ;] τόδε, ... βοηθῶ. Bergk.

327. ὑδρίαν Γ] οἰκίαν R (emendatum in margine).

328. μόλις Γ] μόγις R.

330. δούλαισιν] -ησιν R Γ.

331. στιγματίαις R] μαστιγίαις Γ.

332. Duos choriambos deesse docet antistropha; quorum alterum voce τὴν ὑδρίαν explet Blaydes (cf. schol.). Equidem addidi aliquid, ne meram lacunam indicarem; quam plerique post versum 331 statuunt parum probabiliter. Ab altero participio in -μένη exeunti ad alterum librarii oculos aberrasse suspicor, sed ipsa poetae verba praestari nequeunt.

---

324 sq. Verborum corruptorum probabilis emendatio nondum est proposita [1]), neque περιφυσητός, si sanum hoc, quid significet satis apparet; absurda autem vocum νόμων et γερόντων iunctura.

326 sqq. Dictione cothurnata utitur mulier. Sic in scena tragica ad Rhesum Hector: φίλων νοσούντων — ait — ὕστερος βοηδρομεῖς; [2]), Parthenopaeum autem ὄχλος ὑστέρῳ ποδὶ πάνοπλος ἀμφέπειν dicitur [3]), alia eiusmodi.

327. κνεφαία] *diluculum matutinum* nunc significat adiectivum, ut saepe [4]).

328. κρήνης] dicitne *Enneacrunum*? infra certe aquam inde hausisse se perhibet [5]).

330. ὠστιζομένη] vid. ad Ach. 24.

331. στιγματίαις] vid. ad Ran. 1511.

---

1) Vid. annot. crit. — 2) Rhes. 412. — 3) Eur. Phoen. 147 sq. — 4) Ran 1350 Eccl. 291 etc.; vid. ad Vesp 121. — 5) Vid. vs. 378.

Antistropha (vs. 335—349).

ALIA MULIER.

ἤκουσα γὰρ τυφογέρον-
τας ἄνδρας ἔρρειν στελέχη
φέροντας — ὥσπερ βαλανεύσοντας —
εἰς πόλιν, ὡς τριτάλαντον βάρος,
δεινότατ' ἀπειλοῦντας ἐπῶν,
ὡς πυρὶ χρὴ τὰς μυσαρὰς γυναῖκας ἀνθρακεύειν.
ἅς, ὦ θεά, μή ποτ' ἐγὼ πιμπραμένας ἴδοιμι,
ἀλλὰ πολέμου καὶ μανιῶν ῥυσαμένας
Ἑλλάδα καὶ πολίτας·

---

336. ἔρρειν] ἕρπειν Blaydes (cf. Vesp. 522); sed *quam lente* senes progrediantur, nihil id nunc ad rem.

337. βαλανεύσοντας] -νεύοντας Blaydes.

338. εἰς πόλιν ὡς τρ.] δεῦρο τρ. τι Reisig (cf. vs. 621 et 738), ad exemplum cum versus sequentis tum antistrophi 324 refingens numeros; sed cum sententia nostro loco non claudicet, manifeste vero corruptus sit vs. 324, veri duco similius integrum esse versum 338, versu 324 autem poetam dedisse ⏒́ ⏑ ⏑ ⏒́ ⏑ ⏑ ⏒́ ⏒́ ⏑ ⏒́.

340. Pro γυναῖκας requiritur — ⏑ ⏑ (e. g. *ἄντικρυς), pro ἀνθρακεύειν autem (sic R) in Γ est κἀνθρακεύειν.

341. πιμπραμένας] ἐμπ. Bergk.

---

335. τυφογέροντας] vid. ad Nub. 908.

336—338. ἔρρειν ... εἰς πόλιν] *cum malo suo ... arcem* [1]) *petere*. Iratorum est ἔρρειν, sic Equitum initio servus de Paphlagone: ἐξ οὗ γὰρ εἰσήρρησεν εἰς τὴν οἰκίαν, | πληγὰς ἀεὶ προστρίβεται τοῖς οἰκέταις [2]).

336. στελέχη] *stipites*. Sic apud Lysippum nescio quis: εἰ μὴ τεθέασαι τὰς Ἀθήνας, στέλεχος εἶ, *Athenas nisi visisti, stipes es, non homo* [3]).

337. *Ignem ad balnei aquam calefaciendam incensuros dixerit quispiam.*

338. εἰς πόλιν] vid. ad Nub. 69.

— ὡς τριτάλαντον βάρος] kilogrammatum paene octoginta pondus, quale vir robustus sine nimia virium contentione potest ferre; senum vero in arduo clivo desudantium humeros eo elisos [4]) quis miretur!

339. ἐπῶν] vocis, quae *versus*, non *verba* significat ubi suo sermone utitur comicus [5]), plane poeticus hic est usus. Sic e. g. Theseus Euripideus ad praeconem: ἐμοὶ μὲν ἦλθες δείν' ἀπειλήσων ἔπη [6]).

340. μυσαρὰς] adiectivum, pro quo in sermone pedestri dicebatur μιαρός, infra redit [7]).

341. ὦ θεά] etiam mulieres, ut viri [8]), Minervam invocant. Vocem θεάν (pro θεῷ) in canticis noster plus semel usurpavit [9]).

342. μανιῶν] vid. ad Nub. 832.

— ῥυσαμένας] verbum poeticum nec alibi apud comicos obvium.

---

[1]) De voce πόλει vid. Nub. 69. — [2]) Eq. 4 sq.; praeterea vid. ad Ran. 1192. — [3]) Lysipp. fr. 7. — [4]) Vs. 291. — [5]) Eq. 39 etc. — [6]) Eur. Suppl. 542. Cf. infra vs. 467. — [7]) Vs. 969; alibi apud comicos non occurrit. — [8]) Vs. 317. — [9]) Cf. infra vs. 1290 Pac. 816, 974.

ἐφ' οἷσπερ, ὦ χρυσολόφα,
σάς, πολιοῦχ', ἔσχον ἕδρας.
καί σε καλῶ ξύμμαχον, ὦ
Τριτογένει', εἴ τις ἐκεί-
νας ὑποπίμπρησιν ἀνήρ,
φέρειν ὕδωρ μεθ' ἡμῶν.

(Inter se conspiciunt senes et mulieres.)

SCENA SEXTA.

Senes, Mulieres.

DUX MULIERUM.

ἔασον, ὦ . . . ! τουτὶ τί ἦν; ὦ ἄνδρες πόνῳ πονηροί!
οὐ γάρ ποτ' ἂν χρηστοί γ' ἔδρων οὐδ' εὐσεβεῖς τάδ' ἄνδρες.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

τουτὶ τὸ πρᾶγμ' ἡμῖν ἰδεῖν ἀπροσδόκητον ἥκει·

---

345. *σάς πολιοῦχ'* Bentley] *πολιοῦχε σὰς* R *Γ*, *πολίοχε σᾶς* Dindorf (ne seiungantur epitheta).

347 *εἰ* Reisig] *ἢν* R *Γ*, *ἢν . . . ὑποπίμπρησιν* vulgo, *ἤν τιν' ἐκείνων ὑποπιμπρῇ τις ἀνὴρ* Dindorf. Non *-ῃσιν* sed *-ησιν* est in R, in comoedia autem plane inauditus est terminus *-ῃσιν*; vid. Cobet ad Platon. p. 176 de Platonis fr. 153[5], ubi falli Cobetum temere ait Kock, collatis Cratini quibusdam fragmentis, quae ab hac quaestione sunt aliena. Cf. etiam Av. 567.

352. *ἰδεῖν Γ*] om. R.

---

344. *ἐφ' οἷσπερ . . . ἔσχον*] *quo consilio* (i. e.: *hoc enim consilio*) . . . *occuparunt.* Vid. ad Eq. 468 sq.

— *χρυσολόφα*] vid. ad Ach. 567.

346—349. *Itaque si quis revera* — quod et ipsa adspecto fumo iam vereor — *igne adoritur feminas patriae amantissimas, tu nobis adsis, Pallas Athene, aquam afferentibus ad incendium restinguendum.*

347. *Τριτογένεια*] vid. ad Nub. 989.

349. Echo haec est ultimorum verborum strophae.

350. Mulieres cum ad Propylaea iam pervenerint, cernunt senes incendium parantes. Quapropter earum dux: *mitte istud!* — coryphaeum increpat — *oh* . . . . sed terrore et indignatione aestuantem deficiunt verba. Itaque illud „*ὦ*" idem fere valet quod: „*ὦ . . . τί σ' εἴπω;*" ut est in Nubibus [1]); item apud Alexidem de altero filio pater quidam: *ὁ δ' ἕτερος . . . τί ἂν | τύχοιμ' ὀνομάσας; βῶλος, ἄροτρον, γηγενὴς | ἄνθρωπος* [2]).

— *πόνῳ πονηροί*] idem fere quod *παμπόνηροι* vel *πονηρότατοι* [3]).

351. Vid. ad Ran. 488.

352. *ἰδεῖν*] *adspectu*; vid. ad Nub. 1172 Plut. 48 sq.

---

[1]) Nub. 1378. — [2]) Alex. fr. 108. — [3]) Non male anglice reddideris: *bad with a vengeance.* Vid. ad Vesp. 466.

ἑσμὸς γυναικῶν οὑτοσὶ θύρασιν αὖ βοηθεῖ.

DUX MULIERUM.

τί βδύλλεθ' ἡμᾶς; οὔ τί που πολλαὶ δοκοῦμεν εἶναι;
καὶ μὴν μέρος γ' ἡμῶν ὁρᾶτ' οὔπω τὸ μυριοστόν.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ὦ Φαιδρία, ταύτας λαλεῖν ἐάσομεν τοσαυτί;
οὐ περικατᾶξαι τὸ ξύλον τύπτοντα χρῆν τιν' αὐταῖς;

(Stipites corripiunt.)

DUX MULIERUM.

θώμεσθα δὴ τὰς κάλπιδας χἠμεῖς χαμᾶζ', ὅπως ἄν,
ἢν προσφέρῃ τὴν χεῖρά τις, μὴ τοῦτό μ' ἐμποδίζῃ.

(Ponunt urnas.)

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

εἰ νὴ Δί' ἤδη τὰς γνάθους τούτων τις ἢ δὶς ἢ τρὶς

---

353. ἑσμὸς] ἐσμὸς R Γ. || θύρασιν (-υρᾶ-) R] -αισιν Γ, θύραζ' ἰδοὺ vHerwerden; sed vid. comment. ad vs. 319 sqq. et 350.
354. βδύλλεθ' Γ] -εσθ' R.
356. τοσαυτί Γ] -τα R.
357. τύπτοντα χρῆν Γ] τύπτον' ἐχρῆν R. || αὐταῖς schol.] αὐτάς R Γ.
358. θώμεσθα R] χρώμεσθα Γ. || χαμᾶζ' Γ] om. R.
359. τοῦτό μ' R] τοῦτ' Γ, videtur voluisse τοῦτ' <ἔμ'> ἐμποδίζῃ.
360. Δί' ἤδη Γ] δία R.

---

353. *Ecce vero praeterea accurrit agmen mulierum extrinsecus opem ferentium.* Aliae arcem tenent mulieres, aliae ex urbe iam nos invadunt. — De voce ἑσμῷ vid. ad Nub. 297.

354. βδύλλετε] *metuitis*; vid. ad Eq. 224. — οὔ τί που] vid. ad Ran. 522.

355. Cf. verba sodalis Euripidis, mulierum flagitia enarrantis [1]): μὰ Δί' οὐδέ πω τὴν μυριοστὴν μοῖραν ὧν ποιοῦμεν (ἐξέχεα), quibus ex asse respondet Plautinum: *haut | centensumam partem dixi atque, otium rei | si sit, possum expromere* [2]).

359. τοῦτο] vid. ad Av. 180—183 et 377.

360. ἢ δὶς ἢ τρὶς] duplex ἤ, quod molestum nobis videtur [3]), haud uno loco invenitur, ubi *bis terve, duo vel tres* et similia exempli gratia dicuntur potius quam ut certus numerus statuatur [4]). Itaque Thucyd. IV 38 § 3 non dubito quin verum praebeat antiquissimum fragmentum papyraceum: γενομένων ἐρωτήσεων ἢ δὶς ἢ τρίς, quo loco prius illud ἤ deest in exemplaribus recentioribus. — Contrarium obtinet ubi τε καὶ particulae valent *vel*: τριχθά τε καὶ τετραχθά, *bis terque beati*.

---

[1]) Thesm. 555. — [2]) Plaut. Mil. III 1, 169. — [3]) Nos enim utraque omissa particula ἀσυνδέτως solemus dicere: *twee- driemaal.* — [4]) Vid. vs. 1052 Ran. 50.

ἔκοψεν, ὥσπερ Βουπάλου, φωνὴν ἂν οὐκ ἂν εἶχον.

DUX MULIERUM.

καὶ μὴν ἰδού! παταξάτω τις· στᾶσ' ἐγὼ παρέξω,
κοὐ μή ποτ' ἄλλη σου κύων τῶν ὄρχεων λάβηται.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

εἰ μὴ σιωπήσει, θενών σου ἐκκοκκιῶ τὸ γῆρας.

DUX MULIERUM.

ἅψαι μόνον Στρατυλλίδος τῷ δακτύλῳ προσελθών.

---

361. *εἶχον* R] *εὗρε Γ*, unde fortasse *οὐκ ἐνηῦρεν* coniecerit quispiam coll. Soph. Ai. 1144; sed praestat vulgatum.

362. *στᾶσ'*] *καὶ στᾶσ'* R *Γ*.

364. *σου ἐκκοκκιῶ τὸ γῆρας* Reisig] *ἐκκ. τὸ γῆράς σου* R *Γ*, *ἐκκ. τὸ γῆρας* Fl. Christianus. Cf. vs. 448 Thesm. 567.

365. *ἅψαι Γ*] *ἅπτου* R. ‖ *Στρατυλλίδος*] *στατ.* R.

---

361. *Bupalum* olim clarum reddidit Hipponax acer hostis [1]), ut Lycamben et Neobulen iambi Archilochi. Etiamnunc in Hipponactis fragmentis saepius occurrit eius nomen, prae ceteris autem hi versiculi huc faciunt: *λάβετέ μου θοἰμάτια, κόψω Βουπάλου τὸν ὀφθαλμόν· | ἀμφιδέξιος γάρ εἰμι κοὐχ ἁμαρτάνω κόπτων.* E nostro loco apparet Hipponactem hoc quoque dixisse: *tacite eum vapulasse*, vel: *si quis in eius os pugnum impingeret, tacitum prae metu obduraturum.* — De verbo *κόπτειν* vid. ad Ran. 572, cum verbis *φωνὴν ἂν οὐκ ἂν εἶχον* cf. simillimum Teucri Sophoclei dicterium: *vidi grandiloquum virum, ᾧ φθέγμ' ἂν οὐκ ἐνηῦρες ἡνίκ' ἐν κακῷ | χειμῶνος εἴχετ', ἀλλ' ὑφ' εἵματος κρυφεὶς | πατεῖν παρεῖχε τῷ θέλοντι ναυτίλων* [2]).

362. *στᾶσ' ἐγὼ παρέξω*] *non cedam.* Verbo *παρέξω* mente subiungendum est *πατάξαι* [3]). Sed mox ad sensum quem verbum *παρέχειν* habet in re amatoria mulier deflectens addit quae sequuntur.

363. *ἄλλη*] mente adde *ἐμοῦ*: — *ἐγὼ κύων σου λήψομαι, nil istic quod agat habebit alia canis.* Sic cantharo cum aquila belligeranti dux feminarum se assimulat infra [4]). De genere autem loquendi, cui nunc indulget ira percita, vid. ad Eq. 365 Plut. 309 sqq.

364. *θενών*] vid. ad Vesp. 1384.

— *ἐκκοκκιῶ τὸ γῆρας*] *excutiam* [5]) *tibi*... expectatur: *dentes*, sed ludicre immutata locutione id instare perhibet quod si fieri posset, gratissimum foret mulierculae. Iuvat autem meminisse *exuvias*, quas certis temporis intervallis ponunt *serpentes*, *γῆρας* fuisse dictas, qua vocis significatione noster est usus in fabula *Γήρᾳ* [6]). Tale igitur supplicium adversariae minitatur senex, quale Muenchhausenus ille sumsit de vulpecula: misellam bestiam cauda affixam tamdiu flagris vexavit, donec ex sua ipsius pelle exsiluit nudaque profugit.

365. *Στρατυλλίδος*] i. e. *ἐμοῦ* [7]), commoti enim animi signum est nomen

---

[1]) Horat. Epod. 6, 14. Cf. Philipp. Epigr. 83, Suid. v. v. *Βούπαλος* et *Ἱππῶναξ.* — [2]) Soph. Ai. 1142—1146. — [3]) Non: „*ἐμαυτήν*", quod supplet Blaydes. Vid. ad vs. 162. — [4]) Vs. 694 sq. — [5]) De verbo vid. ad Ach. 1179. — [6]) Vid. etiam *ἐκδύειν τὸ γῆρας* Pac. 336 et cf. infra vs. 670. — [7]) Sic schol.; cf. Thesm. 77.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

τί δ', ἢν σποδῶ τοῖς κονδύλοις, τί μ' ἐργάσει τὸ δεινόν;

DUX MULIERUM.

βρύκουσά σου τοὺς πλεύμονας καὶ τἄντερ' ἐξαμήσω.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

(secum:)

οὐκ ἔστ' ἀνὴρ Εὐριπίδου σοφώτερος ποιητής.

---

366. *τοῖς*] *σε* Blaydes fortasse recte. ‖ *κονδύλοις Γ*] *δακτύλοις* R.
367. *πλεύμονας Γ*] *πνεύμονας* R.
368. *ἔστ'* R] *ἔστιν Γ* (vid. ad Nub. 214); hinc *οὐκ ἔστιν ἄρ'* Bentley.

---

proprium loco pronominis personalis adhibitum [1]). Simillimae autem minae sunt infra: *εἴ τἄρα νὴ τὴν Ἄρτεμιν τὴν χεῖρά μοι | ἄκραν προσοίσει ... κλαύσεται* quaeque illic sequuntur [2]). Item apud Platonem comicum: *ἅψαι μόνον σὺ κἂν ἄκρῳ τοῦ Μορσίμου* [3]). Cf. etiam Iusti oratoris in Nubibus verba: *κλαύσει τὴν χεῖρ' ἢν ἐπιβάλλῃς* [4]).

366. *Digito tangere non licet? quid vero si alapis contundam?* Verba verbis senex opponit fortiora: *τὸ σποδεῖν τῷ ἅπτεσθαι* et pluralem *τοὺς κονδύλους* singulari *τῷ δακτύλῳ*. Quapropter etiam articulum addit [5]). De verbo *σποδεῖν* vid. ad Ran. 662, de voce *κονδύλοις* ad Vesp. 254; elegantis autem brevitatis est: *τί μ' ἐργάσει τὸ δεινόν;* pro: *τί ἐστι τὸ δεινὸν ὅ μ' ἐργάσει;* Isdem verbis Pentheum irridet Dionysius Euripideus: *εἴφ' ὅ τι παθεῖν δεῖ· τί με τὸ δεινὸν ἐργάσει;* [6]). Item Lycus ad Herculis uxorem: *τί δὴ τὸ σεμνὸν σοῦ κατείργασται πόσει ...;* [7]). Cf. etiam Thesei apud Sophoclem verba ad Oedipum: *τί γὰρ τὸ μεῖζον ἢ κατ' ἄνθρωπον νοσεῖς;* [8]).

367. Huiuscemodi minas Equitum fabula habet haud uno loco; praesertim hoc: *ἐξαρπάσομαί σου τοῖς ὄνυξι τἄντερα* [9]). Nec non simillima Ulixis comites Cyclopi minitatos esse mentitur Silenus apud Euripidem: *κατὰ τὸν ὀμφαλὸν μέσον | τὰ σπλάγχν' ἔφασκον ἐξαμήσεσθαι βίᾳ* [10]). De verbo *βρύκειν* vid. ad Av. 26. — In hoc versu finem habet altercationis pars prior; dein vir secum quaedam mussitat, tunc (inde a versu 370) cominus nec verbis tantum sed etiam igne et aqua pugnatur.

368 sq. Euripidem mulierum strenuum osorem supra dixit dux chori [11]). *Nunc autem* — exclamat — *re comprobatur quicquid sapientissimus ille poeta de iis probrose dixit; nam quaslibet beluas vincunt impudentia.* — E dictione sublimiore dux chori desumsit vocem *θρέμμα* [12]), sive locum dramatis Euripidei nunc deperditi in mente habet, sive tragicum sermonem imitatur tantum. Apud Aeschylum Eteocles ita increpat mulieres: *ὑμᾶς ἐρωτῶ, θρέμματ' οὐκ ἀνασχετά* — quaeque sequuntur [13]). Et Clytaemestra Sophoclea ad filiam: *ὦ θρέμμ' ἀναιδὲς κτέ.* [14]).

---

[1]) Vid. etiam ad Nub. 1145. — [2]) Vid. vs. 435—448. — [3]) Plat. fr. 128. — [4]) Nub. 938, ubi vid. — [5]) Vid. tamen annot. crit. — [6]) Eur. Bacch. 492. — [7]) Eur. Herc. 151. — [8]) Soph. Oed. C. 598. — [9]) Eq. 708; praeterea vid. ad Ran. 473. — [10]) Eur. Cycl. 234 sq. — [11]) Vs. 283, ubi vid.; praeterea cf. vs. 253. — [12]) Apud nostrum nonnisi Eccl. 978 redit in cantico. — [13]) Aesch. Sept. 182. — [14]) Soph. El. 622.

οὐδὲν γὰρ οὕτω θρέμμ' ἀναιδές ἐστιν ὡς γυναῖκες.

DUX MULIERUM.

αἰρώμεθ' ἡμεῖς θοὔδατος τὴν κάλπιν, ὦ 'Ροδίππη.

(Urnas sumunt denuo.)

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

τί δ', ὦ θεοῖς ἐχθρά, σὺ δεῦρ' ὕδωρ ἔχουσ' ἀφίκου;

DUX MULIERUM.

τί δ' αὖ σὺ πῦρ, ὦ τύμβ', ἔχων; ὡς σαυτὸν ἐμπυρεύσων;

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἐγὼ μὲν ἵνα νήσας πυρὰν τὰς σὰς φίλας ὑφάψω.

DUX MULIERUM.

ἐγὼ δέ γ' ἵνα τὴν σὴν πυρὰν τούτῳ κατασβέσαιμι.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

τοὐμὸν σὺ πῦρ κατασβέσεις;

DUX MULIERUM.

τοὔργον τάχ' αὐτὸ δείξει.

---

369. *οὕτω Γ*] *ὡδὶ* R vitiose (*ὧδε* dicere potuit Euripides).
370. *θοὔδατος*] *ὕδατος* R.
372. *δ' αὖ* Reisig] *δαὶ* R, *δὲ Γ*. Cf. vs. 426 Av. 993 etc.
373 sq. Insolitae structurae ut mederetur Lenting vs. 374 scribebat *κατασβέσωμεν* (Blaydes *ἡμεῖς ... κατασβέσωμεν*), vHerwerden vs. 373 *ἐγὼ μὲν ὡς ... ὑφάψων*. Ego integrum duco textum traditum, vid. comment.

---

371. *θεοῖς ἐχθρά*] vid. ad Vesp. 418.

372. *ὦ τύμβε*] *sepulcrum vetus* etiam apud Plautum vocatur senex [1]), nec non in tragoedia *τύμβος* reperitur ita usurpatum [2]). Praeterea vid. Vesp. 1370 et ad Nub. 908 Vesp. 1365.

— *ὡς σαυτὸν ἐμπυρεύσων;*] *in tuum ipsius funus, ut te ipse incendas? Σκελετὸς γὰρ καὶ τάριχος εἶ*: una modo scintilla si te attigerit, ut aridae herbae exardesces [3]).

373 sq. *Equidem hanc facem tenens adsum ut structo rogo tuas amicas comburam. — Ego vero hanc aquam attuli qua istum tuum rogum restinguerem si incenderetur*. Senex non *ἀφικόμην* in mente nunc habet, sed *ἐλήλυθα* vel *πάρειμι*; mulier vero continuat structuram qua uti coeperat. Haud aliena autem hinc sunt quae de subiunctivi optativique discrimine ad vs. 235 sq. observavi.

374. *σήν*] est contemnentis [4]).

— *τούτῳ*] monstrat *aquam*; vid. ad Ach. 331.

375. *τοὔργον τάχ' αὐτὸ δείξει*] vid. ad Ran. 1261.

---

1) Plaut. Pseudul. I 4, 19. — 2) Eur. Med. 1209 Heracl. 167. — 3) Cf. Plut. 1058 sq. — 4) Cf. vs. 703 et vid. ad Av. 893.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

οὐκ οἶδά σ' εἰ τῇδ' ὡς ἔχω τῇ λαμπάδι σταθεύσω.

DUX MULIERUM.

εἰ ῥύμμα τυγχάνεις ἔχων, λουτρόν γ' ἐγὼ παρέξω.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἐμοὶ σὺ λουτρόν, ὦ σαπρά;

DUX MULIERUM.

καὶ ταῦτα νυμφικόν γε!

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

(ad unum e sodalibus:)

ἤκουσας αὐτῆς τοῦ θράσους;

DUX MULIERUM.

ἐλευθέρα γάρ εἰμι.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

σχήσω σ' ἐγὼ τῆς νῦν βοῆς.

DUX MULIERUM.

ἀλλ' οὐκέθ' ἡλιάζει!

---

377. γ'] add. Bentley.

380. ἡλιάζει Cobet] -ξεις R Γ, quod futurum et vitiose est formatum et hinc alienum (frustra in schol. confertur Hom. Α 232).

---

376. *οὐκ οἶδα ... εἰ*] *nescio an ... tosturus sim*, δοκῶ σταθεύσειν [1]), = *quin ... torreo! τί οὐ σταθεύω!* [2]). Cf. locutio *τίς οἶδεν εἰ* [3]), verbum *σταθεύειν* autem vid. Ach. 1041.

— *ὡς ἔχω*] vid. ad Eq. 488 Plut. 1089.

377. Infra hic iocus redit [4]). Est *ῥύμμα* *lomentum* [5]), *ᾧ ῥυπτόμεθα* [6]), *κονία*.

378. *σαπρά*] vid. ad Vesp. 1343.

— *καὶ ... γε*] vid. ad Ran. 49.

— *νυμφικόν*] *ita ut iuvenem et sponsum te credas denuo*. Ex *Enneacruno* fonte [7]), qui haud ita procul ab arcis pede aberat, aquam hausisse se perhibet, sive revera hanc *κρήνην* supra dicebat [8]), sive nunc iocatur tantum. Huius enim fontis aqua *ἐνομίζετο πρό τε γαμικῶν καὶ εἰς ἄλλα τῶν ἱερῶν χρῆσθαι*, teste Thucydide [9]). Balneum *γαμήλιον* sponso paratur in Pace [10]); cuius etiam apud Menandrum mentionem plus semel fuisse iniectam ait scholion [11]).

379. *ἤκουσας αὐτῆς τοῦ θράσους;*] sic in Avibus de Iride: *ἤκουσας αὐτῆς οἷον εἰρωνεύεται;* [12]).

380b. *O bone, iudicemne etiam sedere te*

---

[1]) Vid. ad Eq. 620 sq. Ran. 1421. — [2]) Vid. ad Eq. 1207. — [3]) Vid. ad Ran. 1477. — [4]) Vs. 469 sq. — [5]) Cf. Plat. Rep. 429 *e* 430 *a*, *b*, *c* etc. — [6]) Vid. Ach. 17. — [7]) Non e *Clepsydra* (de quo fonte vid. vs. 913), ut ait Blaydes. — [8]) Cf. vs. 328. — [9]) Thucyd. II 15 § 5. — [10]) Pac. 843. — [11]) Menandr. fr. 57 et 496. — [12]) Vid. Av. 1211.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

(facem capiti mulieris admovens:)

ἔμπρησον αὐτῆς τὰς κόμας.

DUX MULIERUM.

(aqua senem perfundens:)

σὸν ἔργον, ὦ Ἀχελῷε.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

οἴμοι τάλας!

DUX MULIERUM.

μῶν θερμὸν ἦν;

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ποῖ θερμόν; οὐ παύσει; τί δρᾷς;

DUX MULIERUM.

ἄρδω σ', ὅπως ἂν βλαστάνῃς.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἀλλ' αὖός εἰμ' ἤδη τρέμων!

---

384. *ἂν βλαστάνῃς* Brunck] *ἀναβλαστάνη(ι);* R *Γ* invitis metro et grammatica. Reisig *ἀμβλαστάνῃς*, sed vix recte sic omittitur *ἄν*, neque *ἀμ-* pro *ἀνα-* huc convenit (ut Av. 1338, e. g.). Ad tuendam Brunckii emendationem nolim afferre verba scholiastae: „*ἵνα νεάσῃς*", simplici verbo, non composito, utentis; nam scribendum illic *ἵν' ἀν<αν>εάσῃς* coll. schol. V ad Pac. 861: *οἷον πάλιν ἀνανεάζων* (*οἷ' πάλῖἀν̄νεάζων*).

---

putas? Non reum aliquem nunc alloqueris *ὑποκύπτοντα καὶ πάσας φωνὰς ἱέντα εἰς ἀπόφυξιν*, sed mulierem liberam et Atticam et nihili te facientem.

381. Facem suam alloquitur Strymodorus, urnam Stratyllis. De locutione *σὸν ἔργον* vid. ad Nub. 1345, poeticum autem est *Achelous* de quovis fluvio vel de aqua viva in universum dictum [1]), ut *Bacchus* de vino vel *Mulciber* de igne. Primitus Achelous deum aquae, deorum fluvium significabat, etiam in re sacra, artissime autem cognatum est nomen *Achillis sive Achĕlis* [2]); sed in vita quotidiana Achelous certi cuiusdam amnis erat nomen.

383. *ποῖ*] vid. vs. 193.

385. *Immo exarui tremore.* Adiectivo *αὔῳ* [3]) sive *arido* utitur quasi de arbore vel surculo loquatur. Non succos iuveniles mihi reddidit gelida ista aqua, sed mortem potius instillavit.

---

[1]) Vid. Eur. Bacch. 625 Achaeus trag. apud Athen. 427 *c* Verg. Georg. I 9 Ovid. Fast. V 343; Macrobius Saturn. V 18 § 94 docet Aristophanem etiam in Cocalo (fr. 351) Acheloum dixisse aquam (*παρατραγῳδοῦντα* igitur, ut h. l.). Quibus locis omnibus ita vocatur aqua quae admiscetur *mero*. — [2]) Cf. Hom. Φ 194 Ω 616 Pausan. I 41 § 2. — [3]) Vid. ad Eq. 394 Ran. 194.

DUX MULIERUM.

οὔκουν, ἐπειδὴ πῦρ ἔχεις, σὺ χλιανεῖς σεαυτόν;

(Prodit probulus cum quatuor lictoribus ligones ferentibus.)

SCENA SEPTIMA.

Probulus, Chorus.

ΠΡΟΒΟΥΛΟΣ.

ἆρ' ἐξέλαμψε τῶν γυναικῶν ἡ τρυφὴ
χὠ τυμπανισμὸς χοἰ πυκνοὶ Σαβάζιοι,
ὅ τ' Ἀδωνιασμὸς οὗτος οὑπὶ τῶν τεγῶν,

386. σὺ χλιανεῖς R] συγχλιανεῖς Γ.
388. πυκνοὶ] πυκινοὶ Γ, ποικινοὶ R.
389. Ἀδωνιασμὸς] -νισμὸς R Γ.

386. *Friges? bene factum igitur quod praesto tibi ignis: hoc te calefacies.*

387 sqq. Prodit unus aliquis e decem viris προβούλοις, quos anno 413 exeunte, recenti clade Sicula, Athenienses creaverunt [1]). — Sic Plato comicus in Sophistis fabula risit *Apolexim*, unum τῶν συγγραφέων sive decem virorum reip. constituendae, qui brevi post fabulam nostram scenae commissam sunt creati [2]).

387. ἆρα] *nonne* [3]).

— ἐξέλαμψε] *effulsit, exarsit, efferbuit,* λαμπρῶς ἐγένετο φανερά [4]). Contrarium est (κατα)σβέννυσθαι, ut in versu tragici: εἰ μή θεῶν τις τήνδε πεῖραν ἔσβεσεν [5]).

388. τυμπανισμὸς] cf. vs. 3.

— Σαβάζιοι] cf. Vesp. 9.

389 sq. Quadriennio abhinc, cum media aestate in concione populi deliberaretur de expeditione quae per menses aliquot parabatur in Siciliam mittenda, *Adonia* celebrabantur a mulieribus. Quod sollemne a publico deorum cultu cum esset alienum [6]), — nam e Cypro Adonidis cultus Athenas pervenerat, — non obstabat quominus cives interim vacarent negotiis. Audire igitur se meminit probulus voces mulierum, quae in tectis domuum Pnyci vicinarum mortem dei lugebant, oratoribus coram populo verba facientibus obstrepentes. Repraesentabat autem Adonis sive Tammuz [7]) floridum veris splendorem, qui inclementibus solis aestivi sagittis interimitur, post paucos menses ad vitam rediturus imbribus auctumnalibus suscitatus. Media igitur aestate mulieres Adonidem κλάουσαι [8]) εἴδωλα νεκροῖς ἐκκομιζομένοις ὅμοια προυτίθεντο καὶ ταφὰς ἐμιμοῦντο κοπτόμεναι καὶ θρηνοὺς ᾄδουσαι, — ut Plutarchi utar verbis, res quas comicus nunc tangit pedestri sermone enarrantis [9]). *Hortulos* autem, intra quos dei in tempus mortui proponebantur imagines [10]), felici comparatione claros reddidit Socrates [11]). — Ad temporum rationem quod attinet, hieme

[1]) Vid. Prolegom. pag. IV. — [2]) Plat. fr. 141; cf. [Aristot.] Rep. Ath. 29 § 2 Harpocr. s. v. συγγραφεῖς Isocrat. VII § 58. — [3]) Vid. ad Av. 797. — [4]) Cf. Plat. Gorg. 484 *a* Conv. 175 *e* etc. — [5]) Soph. Ai. 1057. — [6]) Cf. Cratin. fr. 15. — [7]) Ut Hyacinthus, Attys, Osiris. — [8]) Pherecrat. fr. 170. — [9]) Vid. Plutarch. Nic. 13 Alcib. 18. — [10]) Cf. Theocrit. XV 113. — [11]) Plat. Phaedr. 276 *b*; de quo loco vid. ad Nub. 234.

οὐ̓ ̓γὼ ποτ' ὢν ἤκουον ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ;
ἔλεγε δ' ὁ μὴ ὥρασι μὲν Δημόστρατος

416/5 natum est consilium novae expeditionis in Siciliam mittendae [1]) et legati abierunt Egestam [2]); qui vere ineunte cum rediissent, decreta in populi concione est expeditio [3]), media autem aestate inita [4]). Et tunc auditi sunt mulierum illi clamores et undique adspiciebantur mortuorum icunculae in lectulis expositae [5]); quod argumentum qui a Niciae partibus stabant cupide tunc arripuerunt, opinor, ut cives a bello Siculo etiam deterrerent. Sic anno 423 Cleonem ominibus infaustis praetorem creatum esse perhibuerunt eius adversarii qui bellum abominabantur [6]). Sic anno 408 Alcibiadem, cum victor ab exilio rediisset, male ominato die in patriam reversum esse [7]) contenderunt . . . quinam? ei qui paucis mensibus post effecerunt ut cum ingenti civitatis detrimento urbe pelleretur denuo. Sic auctumno anni 406 Apaturiorum festo abusi sunt qui strategorum vitae insidiabantur [8]). Lugubres autem clamores, quibus classi in Siciliam profecturae fuerat valedictum, post cladem acceptam Atheniensibus in memoriam esse revocatos, noster locus testatur. Sic anno 423 ineunte, cum ad Delion Athenienses infelicissime pugnassent, fuere qui recordarentur aut recordari se dicerent, tunc cum expeditio illa susciperetur — hieme nimirum facta est — numina imbribus tonitribusque cives esse dehortata ab incepto pernicioso [9]).

390. *ἤκουον*] plures dum verba ad populum faciebant, probulus identidem audivit mulierum voces male ominatas; hinc imperfectum.

391 sq. *ἔλεγε . . . Δημόστρατος | πλεῖν εἰς Σικελίαν*] parata cum esset classis, efflagravit subito crimen illud violatorum mysteriorum hermarumque mutilatorum. Quo qui prae ceteris petebatur Alcibiades, in concione insontem se professus est et postulavit ut habita quaestione res ad liquidum perduceretur prius quam in Siciliam ipse abiret. Aequissima roganti obstiterunt adversarii, *ἄλλους ῥήτορας ἐνιέντες, οἳ ἔλεγον νῦν μὲν πλεῖν αὐτὸν καὶ μὴ κατασχεῖν τὴν ἀναγωγήν* [10]). Quod cum placuisset consilium, cunctarum quibus dein afflicta est civitas calamitatum extitit exordium. Nam profectus Alcibiades sed mox revocatus cum aufugisset et absens esset damnatus, acerrimus patriae evasit hostis, ingens autem exercitus apto duce destitutus in longinqua regione post varios casus misere interiit. — Noster locus docet inter oratores, quos l. l. dicit Thucydides, primarias partes egisse *Demostratum*. Quod autem scribit Plutarchus, hunc verba fecisse *vere ineunte*, in concione qua *decreta* est expeditio [11]), aut comici verba perperam rettulit ad alium Thucydidis locum: „*καὶ τέλος παρελθών τις τῶν Ἀθηναίων καὶ παρακαλέσας τὸν Νικίαν οὐκ ἔφη χρῆναι προφασίζεσθαι οὐδὲ διαμέλλειν, ἀλλ' ἐναντίον ἁπάντων ἤδη λέγειν ἥντινα αὐτῷ παρασκευὴν Ἀθηναῖοι ψηφίσωνται*" [12]), aut in aliis fontibus revera id invenit. Et nihil obstat quominus credamus Demostratum *saepius* his mensibus verba fecisse coram populo; quin veri est simillimum virum, qui prae ceteris instigasset cives ad expeditionem ineundam, dein vehementer repugnasse ne mora interponeretur, imprudentem sic inservientem consiliis eorum qui Alcibiadis perniciem moliebantur, „*ἐνειμένον*" ab his, ut loquitur Thucydides l.l.;

[1]) Thucyd. VI 1 § 1. — [2]) Ibid. 7 § 1. — [3]) Ibid. 8—26. — [4]) Ibid. 30 § 1. — [5]) Silentium Thucydidis, superstitiosa quaevis contemnentis, minime valet in partem contrariam. — [6]) Vid. ad Nub. 581—594. — [7]) Xen. Hell. I 4 § 12. — [8]) Ibid. 7 § 8. — [9]) Nub. 579 sq. — [10]) Thucyd. VI 29 § 3. De verbo *πλεῖν* vid. ad Eq. 742 sq. — [11]) Plut. Alcib. 18 Nic. 12. — [12]) Thucyd. VI 25 § 1.

πλεῖν εἰς Σικελίαν, ἡ γυνὴ δ' ὀρχουμένη
„αἰαῖ Ἄδωνιν!“ φησίν. ὁ δὲ Δημόστρατος
ἔλεγεν ὁπλίτας καταλέγειν Ζακυνθίων·
ἡ δ' ὑποπεπωκυῖ', ἡ γυνὴ ἐπὶ τοῦ τέγους
„κόπτεσθ' Ἄδωνιν!“ φησίν. ὁ δ' ἐβιάζετο,
ὁ θεοῖσιν ἐχθρὸς καὶ μιαρὸς Χολοζύγης.

395. ὑποπεπωκυῖ(α) R] -πτωκυῖ' Γ. || ἐπὶ] ἡ 'πὶ Meineke.

quod de cane efferato potius dicitur verbum quam de fallacibus artibus hominum subornatorum.

391. ὁ μὴ ὥρασι] ad imprecantium hanc locutionem, quae tam firmiter concrevit ut unam vocem efficere videatur nec iam displiceat hiatus [1]), mente supplendum est βιωσόμενος, eodemque sensu infra „ἀλλὰ μὴ εἰς ὥρας ἵκοισθε" mulieribus imprecatur senex [2]). Id quod plenius sic dici poterat: μὴ εἰς τὰς ὥρας τὰς ἑτέρας ἀφίκοισθε [3]), simplex autem verbum, ut et prisca nominis forma ὥρασι, nisi in his formulis non usurpatur [4]). Valet igitur ὁ μὴ ὥρασι id quod: ὁ κάκιστ' ἀπολούμενος. Qualia qui dicit, pro certo sumit id quod sperat: *non ad proximum ver perventurus, sed misere periturus* (*si quid valeant mea vota*). Contra is qui longam felicemque vitam optat alii: καὶ εἰς ὥρας — ait — καὶ ἔπειτα, φίλ' ἀνδρῶν, ἐν καλῷ εἴης [5]), *et hunc in annum et plures* [6]) *bene sit tibi*, εἰς ὥρας ... ἐκ δ' αὖθ' ὡράων εἰς τοὺς πολλοὺς ἐνιαυτούς [7]).

394. Tunc cum de ineunda expeditione est deliberatum, Nicias poposcit quinque ad minimum milia militum ὁπλιτῶν e civibus et e sociis conscriptorum [8]); itaque mox, cum bellum pararetur, Athenienses εἴς τε τοὺς ξυμμάχους ἔπεμπον καὶ αὐτόθεν καταλόγους ἐποιοῦντο [9]). Socios autem in bello Siculo et alios habebant et *Zacynthios* [10]). Quos tardius tamen iis aurem praebuisse e nostro loco efficio.

395. ἐπὶ τοῦ τέγους] cf. Ach. 262 Vesp. 68.

396. κόπτεσθε Ἄδωνιν] *plangite Adonidem.* Constructio haec est ad sensum, qua verbo κόπτεσθαι, quod proprie *pectus suum contundere* valet [11]), subiungitur obiectum quod proprium est verbis *lugendi* [12]). Similia vid. ad Eq. 224.

— ἐβιάζετο] *rem adurgendo perfecit* [13]), malo illo omine nihil deterritus.

397. *Dis invisus homo et impurus et cerritus.* De voce θεοῖσιν ἐχθρῷ vid. ad Vesp. 418. Χολοζύγης ludicre nunc vocatur ὁ χολῶν ἐκεῖνος Βουζύγης, *vesanus ille Buzyges.* Erat nimirum Demostratus e prisca claraque gente Buzygarum. Hunc etiam Eupolis ἀλιτήριον [14]) et μανιώδη, simul tamen ῥήτορα ἄριστον dixit in Demis fabula [15]), quam Siculae expeditionis tempore scenae commissam arbitror [16]).

[1]) Cf. e. g. οὐδὲ εἷς (Eq. 569 etc.), εὖ οἶδα, περὶ ἐμοῦ. — [2]) Vs. 1037. Item Alex. fr. 266^1 apud Athen. 55 *c* (ubi vid. Casaub.) Lucian. XXXIII § 5 et saepius, Valcken. ad Theocrit. XV 74, GHermann Praef. Epit. Doctr. Metr. p. XVI—XXI, Cobet VL^2. p. 68, Iernstedt ad com. Att. p. 113 sqq. (ad Menandr. fr. $530^{10, 11}$). — [3]) Vid. Nub. 562 Eustath. 1619, 62. — [4]) Nisi quod τὸ ἱκνούμενον dicitur τὸ καθῆκον: vHerwerden ad Pac. 122. — [5]) Theocrit. XV 74. — [6]) Horat. Carm. I 32, 2 sq. — [7]) Hymn. Hom. XXV 12 sq.; praeterea cf. Nub. 562 Ran. 380 Eur. Iph. Aul. 122. — [8]) Thucyd. VI 22 § 1 et 25 § 2. — [9]) Ibid. 26 § 2; vid. ad Eq. 1369—1371. — [10]) Ibid. VII 57 § 7. — [11]) Vid. Ran. 425. — [12]) Item Eur. Troad. 623. — [13]) *Hij zette het door.* — [14]) De hoc nomine vid. ad Eq. 445. — [15]) Eupol. fr. 96 sq. — [16]) Argumenta attuli in Proleg. Ran. p. XIII, 6.

τοιαῦτ' ἀπ' αὐτῶν ἔστιν ἀκολαστάσματα.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

τί δῆτ' ἄν, εἰ πύθοιο καὶ τὴν τῶνδ' ὕβριν;
αἳ τἄλλα θ' ὑβρίκασι καὶ ἐκ τῶν καλπίδων
ἔλουσαν ἡμᾶς, ὥστε θαιματίδια
σείειν πάρεστιν, ὥσπερ ἐνεουρηκότας.

ΠΡΟΒΟΥΛΟΣ.

νὴ τὸν Ποσειδῶ τὸν ἁλυκόν, δικαιά γε!
ὅταν γὰρ αὐτοὶ ξυμπονηρευώμεθα
ταῖσιν γυναιξί, καὶ διδάσκωμεν τρυφᾶν,
τοιαῦτ' ἀπ' αὐτῶν βλαστάνει βουλεύματα.
οἳ λέγομεν ἐν τῶν δημιουργῶν τοιαδί·
„ὦ χρυσοχόε, τὸν ὅρμον, ὃν ἐπεσκεύασας,
ὀρχουμένης μου τῆς γυναικὸς ἑσπέρας
ἡ βάλανος ἐκπέπτωκεν ἐκ τοῦ τρήματος.
ἐμοὶ μὲν οὖν ἔστ' εἰς Σαλαμῖνα πλευστέα·

---

398. ἀπ' Γ] ὑπ' R. || ἀκολαστάσματα Bekk. Anecd. 367] ἀκόλαστ' ἄσματα R Γ; vid. ad Av. 1256. Bentley correxerat ἀκολαστήματα (cf. τεχνήματα vel -άσματα Thesm. 198).

399—402. In R praescriptum est: ἄγγελος γερόν. [των]

400. τἄλλα] γ' ἄλλα Dobree; sed cf. vs. 953.

403. ἁλυκόν Γ] ἁλυκῶ R.

408. ἐπεσκεύασας Γ] ἐσκεύασας R; cf. Eccl. 1147.

410. τρήματος R] τρίμματος Γ.

---

398. ἀκολαστάσματα] vid. ad Av. 1227.

399. τί δῆτ' ἄν, εἰ πύθοιο] vid. ad Nub. 154 et supra ad vs. 191 sq.

402. ἐνεουρηκότας] cf. Eupolidis versiculus [1]): ἆρα σφόδρ' ἐνεούρησεν οὐξώλης [2]) γέρων;

403. νὴ τὸν Ποσειδῶ ... δίκαιά γε] eadem verborum iunctura est Thesm. 86. Per deum salsipotentem, θαλάττιον ut nunc iuret, probulum movet madida coryphaei vestis.

406. Iterat id quod modo dixit [3]), sed tragicis verbis nunc usus iterat; sic de Amphiarao apud Aeschylum loco notissimo: οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος ἀλλ' εἶναι θέλει, | βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενῶν καρπούμενος, | ἐξ ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα [4]).

408—410. De verborum structura vid. ad Av. 652 sq., de voce ὅρμῳ ad Ran. 914; ἐπισκευάσαι est *reficere* [5]).

411. πλευστέα] vid. ad Ran. 1180.

---

1) Eupol. fr. 45. — 2) Sic Cobet pro ἐξώλης. — 3) Vid. vs. 398. — 4) Aesch. Sept. 592—594. — 5) Item [Xen.] Rep. Ath. 3 § 4 etc.; nos: *in orde brengen, herstellen.*

σὺ δ', ἢν σχολάσῃς, πάσῃ τέχνῃ πρὸς ἑσπέραν
ἐλθὼν ἐκείνῃ τὴν βάλανον ἐνάρμοσον."
ἕτερος δέ τις πρὸς σκυτοτόμον ταδὶ λέγει
νεανίαν καὶ πέος ἔχοντ' οὐ παιδικόν·
„ὦ σκυτοτόμε, τὸ δακτυλίδιον τοῦ ποδὸς
τοῦ τῆς γυναικός μου πιέζει τὸ ζυγόν,
ἅθ' ἁπαλὸν ὄν· τοῦτ' οὖν σὺ τῆς μεσημβρίας
ἐλθὼν χάλασον, ὅπως ἂν εὐρυτέρως ἔχῃ."
τοιαῦτ' ἀπήντηκ' εἰς τοιαυτὶ πράγματα,
ὅτε γ' ὢν ἐγὼ πρόβουλος, ἐκπορίσας ὅπως
κωπῆς ἔσονται, τἀργυρίου νυνὶ δέον,

413. *ἐκείνῃ* R] *-νην* Γ.
416 sq. *τὸ — μου* Porson] *τῆς μου γυναικὸς τοῦ ποδὸς* (*τοὺς πόδας* R) *τὸ δακτυλίδιον* R Γ invitis aut numeris aut sensu; nam *δακτυλίδιον* est *anellus*, *δακτυλῐ́διον* vero *digitulus*.
420. *ἀπήντηκ'*] *ἀποβέβηκ'* Blaydes (vid. comment.).
421. *ὅτε γ'*] *ὅτ'* Meineke.

412. *πάσῃ τέχνῃ*] vid. ad Ran. 1235.

416—418. *O cerdo, digitulum pedis uxoris meae premit — nam est tenellus — soleae corrigia.*

419. Cf. Thesm. 263 Pherecrat. fr. 145[5] et supra vs. 91.

420. *En ista quorsum evaserint!* [1]) Sic *ἀπαντᾶν εἰς τίμησιν* dicuntur qui deveniunt ad litis aestimationem, et *ἀπαντᾶν πρὸς* vel *ἐπί τι* valet *aggredi, convenire ad aliquid.* Quae tamen nostro loco sint consimilia apud Plutarchum demum reperio: *Τίτῳ . . . οὐκ εἰς ἐπαίνους μόνον ἀλλὰ καὶ εἰς πίστιν ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις καὶ δύναμιν ἡ χάρις ἀπήντα δικαίως* [2]), aliaque eiusmodi.

421. *ὅτε γε*] *siquidem, scilicet . . . !* [3]). — *ἐκπορίσας*] *postquam suppeditavi* [4]), postquam effeci ut fierent.

422. De *remis* [5]) quae nunc dicuntur, parum essent festiva, nisi spectaretur certa res, certus fortasse homo. Itaque hinc efficitur probulos nuper operam dedisse ut peregre adveherentur ligna, optime autem locum nostrum illustrant quae Andocides de hoc tempore loquens refert, ut exulem quoque de rep. bene meritum se demonstret: *εἰσήγαγον εἰς στρατιὰν ὑμῶν οὖσαν ἐν Σάμῳ κωπέας, τῶν τετρακοσίων ἤδη τὰ πράγματα ἐνθάδε* (Athenis) *κατειληφότων, ὄντος μοι Ἀρχελάου* (rege Macedoniae) *ξένου πατρικοῦ καὶ διδόντος γενέσθαι* [6]) *τε καὶ ἐξάγεσθαι ὁπόσους ἐβουλόμην. τούτους δὲ εἰσήγαγον τοὺς κωπέας, καὶ παρόν μοι πέντε δραχμῶν τὴν τιμὴν αὐτῶν δέξασθαι, οὐκ ἠθέλησα πράξασθαι πλέον ἢ ὅσου ἐμοὶ κατέστησαν* [7]). Nunc probulus adire vult aerarium quod in arce servatur [8]), ut remorum nuper

[1]) Cf. Terent. Adelph. III 4, 63 sq. — [2]) Plut. Flamin. 376 *a*. — [3]) Item Nub. 1217 etc. — [4]) Verbum *ἐκπορίζειν* apud nostrum redit Vesp. 365, 859 Plut. 461; etiam Andocides II § 17 ita usurpat. Cf. praeterea Thucyd. VI 72 § 4 etc. — [5]) De voce *κωπεῖ*, quam *remigem* stultus quidam homo in scholiis interpretatur, vid. ad Ach. 552. — [6]) An **τέμνεσθαι*? — [7]) Andocid. II § 11. Cf. CIA. I 42 et 82. — [8]) Vid. ad vs. 174.

ὑπὸ τῶν γυναικῶν ἀποκέκλῃμαι τῶν πυλῶν.
ἀλλ' οὐδὲν ἔργον ἑστάναι.

(Ad lictores.)

φέρε τοὺς μοχλούς,
ὅπως ἂν αὐτὰς τῆς ὕβρεως ἐγὼ σχέθω.
τί κέχηνας, ὦ δύστηνε; ποῖ δ' αὖ σὺ βλέπεις,
οὐδὲν ποιῶν ἀλλ' ἢ καπηλεῖον σκοπῶν;
οὐχ ὑποβαλόντες τοὺς μοχλοὺς ὑπὸ τὰς πύλας
ἐντεῦθεν ἐκμοχλεύσετ'; ἐνθενδὶ δ' ἐγὼ
ξυνεκμοχλεύσω.

(Apertis valvis procedit Lysistrata; mox autem proruunt vetulae tres.)

SCENA OCTAVA.

Probulus, Lysistrata, Vetulae.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

μηδὲν ἐκμοχλεύετε·
ἐξέρχομαι γὰρ αὐτομάτη. τί δεῖ μοχλῶν;
οὐ γὰρ μοχλῶν δεῖ μᾶλλον ἢ νοῦ καὶ φρενῶν.

---

423. *ἀποκέκλῃμαι*] *-κλειμαι Γ*, *-κλισμαι* R; cf. Av. 1262. ‖ *τῶν πυλῶν*] *ταῖς πύλαις* Hamaker (ut Eccl. 420 Vesp. 775 Aesch. Choeph. 569 etc.); sed vid. Herodot. V 104.
424. *οὐδὲν*] *οὐκέτ'* Hamaker (ut Av. 1308).
426. *τί Γ*] *ποῖ* R. ‖ *δ' αὖ* R] *δὲ Γ*.
429. *ἐνθενδὶ δ'*] *ἐνθένδε δ' Γ*, *ἐνθένδε γ'* R.
430. *ἐκμοχλεύετε Γ*] *-σετε* R.
432. *γὰρ*] **νῦν*?

---

emtorum inde petat pretium. Sed suo ipsorum potissimum sacculo consuluisse probulos noster in Thesmophoriazusis aut aperte dicit aut tecte significat [1]).

424. *οὐδὲν ἔργον ἑστάναι*] vid. ad Av. 1308 et infra vs. 614.

— *φέρε τοὺς μοχλούς*] *cedo* [2]) *ligones*. Non vectes ostii nunc dici, ut supra [3]), sed ligones ad portam vi effringendam, vix est quod observem.

426. *ποῖ δ' αὖ σὺ βλέπεις...;*] cf. Av. 992 sq. et supra vs. 184.

427. *ἀλλ' ἢ*] *nisi* [4]).

431 sq. Singulari cum gravitate bis idem dicit Lysistrata, ea libertate usa, qua in sermone quotidiano utimur omnes; item infra ad Lacedaemonios: *ταυτὶ παθόντες τῶν Ἀθηναίων ὕπο | δῃοῦτε χώραν, ἧς ὕπ' εὖ πεπόνθατε;* [5]).

432. *νοῦ καὶ φρενῶν*] saepius iunguntur hae voces [6]). *Sedem mentis* sive *τοῦ νοῦ* vox *φρένες* — primitus certe — indicat, ut in versu illo Homerico: *Κύκλωπα περὶ φρένας ἤλυθε Ϝοῖνος* [7]).

---

[1]) Vid. Thesm. 811 sq. — [2]) Vid. ad Ran. 498. — [3]) Vs. 246. — [4]) Vid. ad Ran. 928. — [5]) Vs. 1145 sq.; praeterea vid. ad Av. 378 et 515 sq. — [6]) Item Thesm. 291 Ran. 535 Cratin. fr. 65. — [7]) Respondet igitur nostrum: *verstand en hersens*.

ΠΡΟΒΟΥΛΟΣ.

ἄληθες, ὦ μιαρὰ σύ; ποῦ ἔστι τοξότης;
ξυλλάμβαν' αὐτὴν καὶ ὀπίσω τὼ χεῖρε δεῖ.

(Unus e lictoribus ad Lysistratam accedit.)

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

εἴ τἄρα, νὴ τὴν Ἄρτεμιν, τὴν χεῖρά μοι
ἄκραν προσοίσει, δημόσιος ὢν κλαύσεται.

ΠΡΟΒΟΥΛΟΣ.

ἔδεισας, οὗτος; οὐ ξυναρπάσει μέσην,
καὶ σὺ μετὰ τούτου, καὶ ἀνύσαντε δήσετον;

(Sagittarium alterum sodali opem ferentem repellit vetula ex arce proruens.)

ΓΡΑΥΣ Α.

εἴ τἄρα, νὴ τὴν Πάνδροσον, ταύτῃ μόνον
τὴν χεῖρ' ἐπιβαλεῖς, ἐπιχεσεῖ πατούμενος.

ΠΡΟΒΟΥΛΟΣ.

ἰδού γ', „ἐπιχεσεῖ“! ποῦ ἐστιν ἕτερος τοξότης;
ταύτην προτέραν ξύνδησον, ὁτιὴ καὶ λαλεῖ.

433—466. Versibus qui Probuli sunt in R manus recens adscripsit *ὑπηρέτης*; stultum errorem peperit *lectio altera* *ὑπηρέτης* voci *ὁ τοξότης* vs. 433 olim adscripta.

433. **ἔστι*] *(ἐ)σθ' ὁ* R *Γ*. Cf. vs. 441 et 445.

435. *χεῖρά μοι* R] *χεῖρ' ἐμοὶ* *Γ*.

439—448. In R Strat(yllidi), i. e. duci chori mulierum, tribuuntur verba anuum.

439. *μόνον* R] *-νην* *Γ*.

---

434. *ὀπίσω*] frequentius dicitur *εἰς τοὐπίσω*, sed cf. Laomedon apud Antiphanem servo suo minitans: „*ὀπίσω τὼ χεῖρε ποιήσαντα δεῖ | ἕλκειν ἀπνευστὶ muriae poculum*" [1]), vel Xenophon de Thracum saltatione mimica: „*alter alterum ὀπίσω τὼ χεῖρε δεδεμένον ἐλαύνει*" [2]).

435—448. Cf. supra vs. 365.

436. *δημόσιος ὢν*] *quamvis sit minister publicus* [3]).

437. *οὗτος*] vid. ad Vesp. 1.

— *ξυναρπάσει μέσην*] sic alibi dicitur *μέσον λαβεῖν* vel *ἔχειν τινα* [4]).

438. *ἀνύσαντε*] vid. ad Vesp. 30 et ad Ran. 606.

440. *ἐπιχεσεῖ πατούμενος*] cf. Eq. 69 sq. et de verbo composito vid. Av. 68.

441. *ἰδού γ', „ἐπιχεσεῖ!“*] vid. ad Ran. 1205.

442. *καὶ λαλεῖ*] similem vim [5]) *καί* habet e. g. in isiciarii ad Paphlagonem verbis: *καὶ κέκραγας;* [6]).

---

[1]) Antiphan. fr. 74^{13}. — [2]) Xen. Anab. VI 1 § 8. — [3]) Recte sic Bergler; vid. ad Av. 1031. — [4]) Vid. ad Ach. 275 et ad Ran. 469. — [5]) Nos: *omdat zij nog praatjes maakt toe.* — [6]) Eq. 274; vid. etiam Ran. 607 Plut. 454.

(Lictori tertio vetulam correpturo occurrit altera anus.)

ΓΡΑΥΣ Β.

εἴ τἄρα, νὴ τὴν Φωσφόρον, τὴν χεῖρ' ἄκραν
ταύτῃ προσοίσεις, κύαθον αἰτήσεις τάχα.

ΠΡΟΒΟΥΛΟΣ.

τουτὶ τί ἦν; ποῦ τοξότης;

(Ad lictorem quartum:)

ταύτης ἔχου. —
παύσω τιν' ὑμῶν τῆσδ' ἐγὼ τῆς ἐξόδου.

(Alteram anum vincire conanti opponit se anus tertia.)

ΓΡΑΥΣ Γ.

εἴ τἄρα, νὴ τὴν Ταυροπόλον, ταύτῃ πρόσει,
ἐγὼ ἐκποκιῶ σοῦ τὰς στενοκωκύτους τρίχας.

444. *ταύτῃ* R] *-την* Γ.
448. *ἐγὼ ἐκποκιῶ* Blaydes] *ἐκκοκιῶ* R, *ἐκκοκκιῶ* (vid. vs. 364) Γ.

443. *τὴν Φωσφόρον*] ipso deae nomine addito mulier in Thesmophoriazusis: *νὴ τὴν Ἑκάτην τὴν Φωσφόρον* [1]). Dianae sive Hecatae Luciferae trigeminae signum ab Alcamene factum stabat iuxta templum Victoriae [2]).

444. *κύαθον αἰτήσεις τάχα*] i. e. *τάχα ὑπώπια ἕξεις* [3]), *mox posces cucurbitulam*, qua cuti tumenti et liventi detrahatur sanguis et „quicquid illuc malae corruptaeque materiae coiit" [4]). Commentarii instar est Pacis locus, ubi Civitates, quas Belli deus saevissime contudit, dicuntur *δαιμονίως ὑπωπιασμέναι καὶ κυάθους προσκειμέναι* [5]). Sic apud Apollophanem *κυλοιδιῶν* [6]) nescio quis: *<πόθεν ἂν> κύαθον λάβοιμι τοῖς ὑπωπίοις;* [7]). E medicorum hoc artificio, quod nostra demum aetate in desuetudinem abiit, originem habet aenigma ab Aristotele allatum: „*ἄνδρ' εἶδον πυρὶ χαλκὸν ἐπ' ἀνέρι κολλήσαντα*" [8]), addit autem Aristoteles: *κόλλησιν τοίνυν εἶπε τὴν τῆς σικύης προσβολήν*, — nam idem quod *κύαθος* est *σικύη*.

445. *τουτὶ τί ἦν;*] vid. ad Ach. 157 Ran. 39.

446. *τινά*] vid. ad Ran. 552.

— *τῆς ἐξόδου*] *excursus ex arce* [9]).

447. *τὴν Ταυροπόλον*] Dianae Brauroniae priscum epitheton [10]).

448. Item alibi apud nostrum mulier irata: *ἐκποκιῶ σου τὰς ποκάδας* [11]). Cf. etiam Theocriti versus: *τίς τρίχας ἀντ' ἐρίων ἐποκίξατο;* [12]) quae proverbii loco illic dicuntur, et infra mulierum minae: *ποιήσω | τήμερον τοὺς δημότας βωστρεῖν σ' ἐγὼ πεκτούμενον* [13]).

— *στενοκωκύτους*] nova voce [14]) sic di-

[1]) Thesm. 858; item Eur. Hel. 571. Epitheton praeterea redit infra vs. 738. — [2]) Pausan. II 30 § 2; cf. supra vs. 317. — [3]) Cf. Vesp. 1386. — [4]) Sunt verba Celsi VII 2 initio; quem vide praeterea II 11. — [5]) Pac. 541 sq. — [6]) Cf. infra vs. 472. — [7]) Apollophan. fr. 3; vox *κύαθος* etiam Eurip. fr. 375 occurrit. — [8]) Aristot. Rhetor. III 2 § 12. — [9]) *Uitval.* — [10]) Eur. Iph. T. 1457 Soph. Ai. 172; vid. Preller-Robert Myth. I^{4} p. 313, 1. — [11]) Thesm. 567. — [12]) Theocrit. V 2c. — [13]) Vs. 685. — [14]) Cf. *ὀξυκώκυτος* Soph. Ant. 1316.

ΠΡΟΒΟΥΛΟΣ.

οἴμοι κακοδαίμων! ἐπιλέλοιπεν ὁ στρατός.
ἀτὰρ οὐ γυναικῶν οὐδέποτ' ἔσθ' ἡττητέα
ἡμῖν· ὁμόσε χωρῶμεν αὐταῖς, ὦ Σκύθαι,
ξυνταξάμενοι.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

νὴ τὼ θεώ, γνώσεσθ' ἄρα,
ὅτι καὶ παρ' ἡμῖν εἰσι τέτταρες λόχοι
μαχίμων γυναικῶν ἔνδον ἐξωπλισμένων.

ΠΡΟΒΟΥΛΟΣ.

ἀποστρέφετε τὰς χεῖρας αὐτῶν, ὦ Σκύθαι.

---

449. **ἐπιλέλοιπεν ὁ στρατός*] *ἐπιλέλοιπ'* (R) vel *-λοιφ'* (*Γ*) *ὁ τοξότης* R *Γ*, quod ut huic loco conveniat, sumamus oportet, — id quod statuerunt Dobree Dindorf Blaydes, — vocem *τὸν τοξότην* nunc significare id quod *τὸ τοξικόν* (vs. 462), invita lingua, ut arbitror equidem. Veri indicium mihi videtur quod R habet: *ἐπιλέλοιπ'* pro *-φ'*, vitium autem peperisse suspicor superscriptum glossema: *ἐπιλέλοιπεν ὁ στρατός*, *οἱ τοξόται* quod si *ἐπιλέλοιπ' οἱ τοξόται* legebatur, in traditam lectionem quin deinde abiret fieri vix poterat. Propter versum 451 parum placet: *ἐπιλελοίπασ' οἱ Σκύθαι.*

450. *οὐδέποτ' ἔσθ'*] *οὐδέποτέ γ'* Elmsley.

---

citur nunc is qui *στένει καὶ κωκύει*, dein *τραγικῶς πάνυ* ad *capillos* transfertur epitheton, quo proprie ipse homo, cui capilli velluntur, erat designandus. Cf. infra: *κωκύειν τὰς τρίχας* [1]).

449. *ἐπιλέλοιπεν ὁ στρατός*] *defecere* [2]) *me copiae; plures quos hostibus opponam praesto mihi non sunt milites*. Vox gravior *στρατός* [3]) festive nunc — si verum vidi [4]) — usurpatur; sic in Acharnensibus Dicaeopolidi adspectis nebulonibus aliquot sordidis et seminudis „*τουτὶ τί ἐστι τὸ κακόν;*" roganti graviter respondet Theorus: „*Ὀδομάντων στρατός*" [5]).

450. Creontem illum Sophocleum audire te dixeris: „*ἦ νῦν ἐγὼ μὲν οὐκ ἀνήρ, αὕτη δ' ἀνήρ, | εἰ ταῦτ' ἀνατεὶ τῇδε κείσεται κράτη*", et: „*οὔτοι γυναικὸς οὐδαμῶς ἡσσητέα*" [6]). Et fortasse Sophoclem, qui inter probulos fuit, in mente habebat comicus haec scribens. — De pluralis numeri in voce *-τέα* usu vid. ad Ran. 1180.

451 sq. *ὁμόσε χωρῶμεν ... ξυνταξάμενοι*] *conferta acie aggrediamur*. Militare verbum est *ὁμόσε χωρεῖν* [7]) vel *ἰέναι* [8]).

452. *νὴ τὼ θεώ*] vid. ad Ach. 905.

453 sq. Duo in unum confluxere enuntiata, quorum alterum est: *etiam apud nos sunt copiae*, alterum: *apud nos sunt quatuor armatarum centuriae*. Singulis istis lictoribus mox opponetur integra acies mulierum bene armatarum et bellicosissimarum [9]).

455. *ἀποστρέφετε*] vid. Eq. 263.

---

[1]) Vs. 1222. — [2]) De verbo *ἐπιλείπειν* vid. ad Av. 1106. — [3]) Vid. e. g. Eq. 567. — [4]) Cf. annot. crit. — [5]) Ach. 156. — [6]) Soph. Ant. 484 sq. et 678; vid. supra ad vs. 387 sqq. — [7]) Thucyd. IV 92 § 7 etc. — [8]) Apud nostrum Eccl. 863. — [9]) Recte sic locum explicavit Dobree.

(Instructa acie sagittarii mulieres invadunt.)

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ὦ ξύμμαχοι γυναῖκες, ἐκθεῖτ' ἔνδοθεν!

(Proruunt plures vetulae.)

ὦ σπερμαγοραιολεκιθολαχανοπώλιδες,
ὦ σκοροδοπανδοκευτριαρτοπώλιδες,
οὐχ ἕλξετ', οὐ παιήσετ', οὐκ ἀράξετε;
οὐ λοιδορήσετ', οὐκ ἀναισχυντήσετε;

(Fit pugna. — Profligati aufugiunt lictores.)

παύσασθ', ἐπαναχωρεῖτε, μὴ σκυλεύετε.

(In arcem se recipiunt feminae omnes praeter duas ipsamque Lysistratam.)

SCENA NONA.

Eidem.

ΠΡΟΒΟΥΛΟΣ.

οἴμ', ὡς κακῶς πέπραγέ μου τὸ τοξικόν!

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ἀλλὰ τί γὰρ ᾤου; πότερον ἐπὶ δούλας τινὰς
ἥκειν ἐνόμισας, ἢ γυναιξὶν οὐκ οἴει

---

459. *οὐχ ἕλξετ' Γ*] *οὐκ ἐξέλκετ'* R (ex *ουχελκετ'* [ξ supra] natum). ‖ *ἀράξετε* Wakefield] *ἀρήξετε* R *Γ* (vid. Plut. 476).
461. *παύσασθ' Γ*] *παύσεσθ'* R.
462. *οἴμ', ὡς Γ*] *οἴμοι* R.

---

457 sq. Advocat *τὸ ἀγοραῖον σπέρμα*, *gentem foro innutritam* [1]), quae *lentem* [2]) et *olera* et *allia* et *vinum* et *panem venditat*, — *les dames de la halle*, ut nostri aevi voce dicam. De sesquipedalibus hisce vocabulis vid. ad Av. 491; in fine sunt collocata quae magis etiam quam cetera praebent invictae clamosaeque audaciae notionem: *πανδοκευτριῶν καὶ ἀρτοπωλίδων* nomina [3]). De vocis *σπέρματος* usu vid. ad Av. 111, *δε ἀγοραίῳ* epitheto ad Eq. 181.

459. *παιήσετε*] vid. ad Nub. 1125.
— *ἀράξετε*] vid. ad Nub. 1359, 1373.

461. Profligatis hostibus revocantur copiae. — Conferatur Bdelycleonis eiusque servorum cum heliastis pugna in Vespis [4]).

463 sq. *πότερον ἐπὶ δούλας τινὰς | ἥκειν*] *πότερα Λυδὸν ἢ Φρύγα κακοῖς ἐλαύνειν;* [5]).

464 sq. *γυναιξὶν οὐκ οἴει | χολὴν ἐνεῖναι;*] item apud Eubulum quis: *οὐκ ᾤου σύ με | χολὴν ἔχειν . . .;* [6]). Apud Alexidem autem quidam: *eheu servimus divitum*

---

[1]) Eq. 293. — [2]) Vid. ad Plut. 427. — [3]) Cf. Vesp. 35 Plut. 427 sq. Ran. 858 etc. — [4]) Vesp. 437, 455—460. — [5]) Vid. Av. 1244 Eur. Alc. 675 sqq. — [6]) Eubul. fr. 61.

χολὴν ἐνεῖναι;

ΠΡΟΒΟΥΛΟΣ.

νὴ τὸν Ἀπόλλω, καὶ μάλα
πολλήν γ', ἐάνπερ πλησίον κάπηλος ᾖ.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ὦ πόλλ' ἀναλώσας ἔπη πρόβουλε τῆσδε τῆς γῆς,
τί τοῖσδε σαυτὸν εἰς λόγον τοῖς θηρίοις ξυνάπτεις;
οὐκ οἶσθα λουτρὸν οἷον αἵδ' ἡμᾶς ἔλουσαν ἄρτι
ἐν τοῖσιν ἱματιδίοις, καὶ ταῦτ' ἄνευ κονίας;

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ἀλλ', ὦ μέλ', οὐ χρὴ προσφέρειν τοῖς πλησίοισιν εἰκῇ
τὴν χεῖρ'· ἐὰν δὲ τοῦτο δρᾷς, κυλοιδιᾶν ἀνάγκη.

---

465. *ἐνεῖναι* R] *εἶναι* Γ. ‖ *νὴ* Γ] *μα* R.
466. *πολλήν* R] *πολλή* Γ. ‖ *ἐάνπερ* Γ] *ἐὰν* R.
467. *τῆς*] add. Bentley.
468. *λόγον* R] *λόγους* Γ.
471—475. Lysistratae dedi, in codd. sunt Chori mulierum.
472. *κυλοιδιᾶν* Γ] *κοιλιδιᾶν* R.

---

uxorum mariti, et dos illa est μεστὴ γυναικείας χολῆς. | ἡ τῶν γὰρ ἀνδρῶν ἐστι πρὸς ἐκείνην μέλι [1]).

466. *ἐάνπερ πλησίον κάπηλος ᾖ*] i. e.: *ἐάνπερ παροινῶσιν, siquidem hausto vino spiritus sumserint.* Nisi appotas mulieres nihil eiusmodi unquam ausuras fuisse ait probulus. Cf. affinis Euripidis verba ad mulieres se infestantes: *ὦ θερμόταται γυναῖκες, ὦ ποτίσταται, ... | ὦ μέγα καπήλοις ἀγαθὸν κτέ.* [2]). Simile quid ad mulieres dicitur apud Platonem comicum: *ἐν τῷ καπήλῳ νοῦς ἐνεῖναί μοι δοκεῖ* [3]).

467. Gravissimis verbis dux chori alloquitur magistratum. Nam *ἀναλῶσαι λόγους* est dictionis ornatioris, merae autem tragoediae est *ἀναλῶσαι ἔπη* [4]). Neque vox *πρόβουλος* dictionem sublimiorem dedecet. Sic apud Aeschylum praeco prodit pronuntiaturus *δοκοῦντα καὶ δόξαντα ... | δήμου προβούλοις τῆσδε Καδμείας χθονός* [5])

468 sq. *Hisce animalibus*, i. e. *mulieribus* i. u.; *αἵδε* vero cum dicit, eas solas significat quae cum urnis ex urbe accurrerunt (chorum).

468. *σαυτὸν εἰς λόγον ... ξυνάπτεις*] vid. ad Ach. 686 et ad Nub. 470 [6]).

469 sq. *λοῦτρον ... ἄνευ κονίας*] idem supra est iocus [7]).

470. *ἐν τοῖσιν ἱματιδίοις*] contrarium est quod in Pluto queritur sycophanta: *medio die et in via publica detrahi sibi vestem* [8]).

471 sq. *προσφέρειν ... τὴν χεῖρα*] vid. ad vs. 365 et ad Nub. 933.

471. *εἰκῇ*] vid. Plut. 300.

472. *κυλοιδιᾶν*] i. e. *ὑπώπια ἔχειν* [9]),

---

[1]) Alex. fr. 146. Cf. etiam Thesm. 468. — [2]) Thesm. 735—737; cf. nostrum *jenevermoed.* — [3]) Plat. fr. 174⁴. — [4]) Cf. Thesm. 1131 Soph. Ai. 1049 Eur. Med. 325 et de voce *ἔπη* vid. supra vs. 339. — [5]) Aesch. Sept. 1006. — [6]) Nostrum: *een gesprek aanknoopen.* — [7]) Vs. 377. Praeterea vid. Ran. 712. — [8]) Plut. 930. — [9]) Cf. vs. 444.

ἐπεὶ ἐθέλω ἐγὼ σωφρόνως ὥσπερ κόρη καθῆσθαι,
λυποῦσα μηδέν' ἐνθαδί, κινοῦσα μηδὲ κάρφος,
ἢν μή τις ὥσπερ σφηκιὰν βλίττῃ με καὶ ἐρεθίζῃ.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ ΓΕΡΟΝΤΩΝ.

(ad probulum:)

Stropha (vs. 476—483).

ὦ Ζεῦ, τί ποτε χρησόμεθα τοῖσδε τοῖς κνωδάλοις;
οὐ γὰρ ἔτ' ἀνεκτέα τάδ', ἀλλὰ βασανιστέον
τόδε σοι τὸ πάθος μετ' ἐμοῦ,
ὅ τι βουλόμεναί ποτε τὴν Κραναὰν

476. *τοῖς*] *τοῖσι(ν)* R *Γ*.
477. *ἔτ' Γ*] *ἔστ'* R. || *ἀνεκτέα* Dobree] *ἀνεκτὰ* R *Γ*, *ἀνασχετὰ* Blaydes (quae frequentior apud nostrum est adiectivi verbalis forma, cf. Plut. 898; vid. tamen Thesm. 563). || *τάδ'*] *τάδε γ'* Par. (cf. Eccl. 941).
478. *ἐμοῦ*] *ἐμοῦ 'σθ'* Bergk.

vultu contuso et tumefacto obambulare. Cf. quem scholia laudant versus Theocriti de iuvenibus puellam depereuntibus: *οἱ δ' ὑπ' ἔρωτος | δηθὰ κυλοιδιόωντες ἐτώσια μοχθίζοντι* [1]), ubi non colaphorum sed insomniae et omnino animi solliciti indicium sunt oculi tumentes [2]). Vid. etiam *κοικύλλειν* Thesm. 852.

473. *ἐθέλω... καθῆσθαι*] de verbo *ἐθέλειν* vid. ad Vesp. 493; *καθῆσθαι* non *sedere* sed *quiescere* nunc significat, non *κεῖσθαι* igitur vel *ἑστάναι* sibi habet oppositum sed *κινεῖσθαι*, ut saepe [3]).

473 sq. *ὥσπερ κόρη ... κινοῦσα μηδὲ κάρφος*] ut puella in aedium penetralibus degens *παρὰ μητέρι κεδνῇ*. Sic puellam decenter in cena se gerentem aliquis laudans apud Eubulum: *μικρὸν ἂν* | — ait — *ἀπεγεύεθ', ὥσπερ παρθένος Μιλησία* [4]). Et ad puerum improbum ludimagister apud Herodam: *ἐγώ σε θήσω κοσμιώτερον κούρης, | κινεῦντα μηδὲ κάρφος* [5]), ubi poetam nostri loci memorem fuisse dixeris. Cf. etiam alter Herodae locus, ubi iuvenem laudans anicula: *fortis est divesque satis, pudicus autem et animi mitissimi, οὐδὲ κάρφος ἐκ τῆς γῆς κινέων* [6]). Vocem *κάρφος* vid. Vesp. 249 et de eiusmodi locutionibus ad Vesp. 91 sq.

475. De re vid. ad Vesp. 457, de voce *σφηκιᾷ* ad Vesp. 224, de *βλίττειν* verbo ad Eq. 794 et Nub. 1001.

476—483. Crescentem furorem animique perturbationem pulcherrime pingunt numeri accelerati sensim et magis magisque soluti; nam creticos sinceros excipiunt cretici soluti, hi in anapaestos abeunt, qui mox in meras breves syllabas solvuntur. Vid. ad Av. 310—316.

476. *τί ποτε χρησόμεθα*] vid. ad Eq. 1183. — *τοῖσδε τοῖς κνωδάλοις*] *hisce monstris*; Lysistratam cum sodalibus ipsamque arcem manu designat. De voce *κνωδάλοις* vid. ad Vesp. 4.

477 sq. *χρὴ γὰρ οὐκέτι ἀνέχειν τάδε, ἀλλὰ βασανίζειν τὸ πάθος.*

480. *τὴν Κραναὰν*] vid. ad Ach. 75.

[1]) Theocr. I 38. — [2]) Cf. praeterea Nicand. Alexiph. 477 Heliodor. IV 7 quaeque plura attulit Ruhnkenius ad Tim. s. v. *κυλοιδιᾶν*. — [3]) Hom. *Γ* 134 etc. — [4]) Eubul. fr. 42. — [5]) Herod. Mimiamb. III 66 sq. — [6]) Herod. Mimiamb. I 54. Nos: *die niemand een strootje in den weg legt.*

κατέλαβον ἐφ' ὅ τι τε,
μεγαλόπετρον ἄβατον ἀκρόπολιν,
ἱερὸν τέμενος.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἀλλ' ἀνερώτα καὶ μὴ πείθου, καὶ πρόσφερε πάντας ἐλέγχους·
ὡς αἰσχρὸν ἀκωδώνιστον ἐᾶν τὸ τοιοῦτον πρᾶγμα μεθέντας.

SCENA DECIMA.

Eidem.

ΠΡΟΒΟΥΛΟΣ.

καὶ μὴν αὐτῶν τοῦτ' ἐπιθυμῶ, νὴ τὸν Δία, πρῶτα πυθέσθαι,
ὅ τι βουλόμεναι τὴν πόλιν ἡμῶν ἀπεκλῄσατε τοῖσι μοχλοῖσιν.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ἵνα τἀργύριον σῶν παρέχοιμεν, καὶ μὴ πολεμοῖτε δι' αὐτό.

ΠΡΟΒΟΥΛΟΣ.

διὰ τἀργύριον πολεμοῦμεν γάρ;

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

καὶ τἄλλα γε πάντ' ἐκυκήθη.
ἵνα γὰρ Πείσανδρος ἔχοι κλέπτειν χοἰ ταῖς ἀρχαῖς ἐπέχοντες,

---

484. *πείθου Γ*] *πιθοῦ* R, *φείδου* Bergk.
485. *τό*] om. *Γ*.
486. *αὐτῶν*] *πάντων* Hamaker, *αὐτὸς* Bergk, *ὑμῶν* Blaydes, quod personae mutatae (*αὐτῶν* vs. 486, *ἀπεκλῄσατε* vs. 487) iusta causa non appareat; sed vid. comment.
487. *ἀπεκλῄσατε*] *-σαν* Blaydes. || *τοῖσι μοχλοῖσιν*] *τοῖς μοχλοῖς* R, *μοχλοῖς Γ*.
489. *γε Γ*] *τε* R.

---

482. *μεγαλόπετρον . . . ἀκρόπολιν*] i. e. *τὴν μεγάλην πέτραν τῆς ἀκροπόλεως*.

483 sq. Verborum certamen — *ὁ ἀγών*[1]) — iam instituitur, in quod coryphaeus more solito immittit certantes duobus tetrametris: „*ἀλλὰ κτέ.*"; dein a particulis „*καὶ μήν*" fit initium disputandi. In duas autem partes consimiles (vs. 476—538 = 541—607) diremta est disputatio, quarum priore Lysistrata exponit quid moliatur, altera quam utile futurum sit suum consilium. Simillima ratio obtinet in certamine Avium fabulae; vid. ad Av. 460.

485. *ἀκωδώνιστον*] vid. ad Ran. 79.

486. *αὐτῶν*] mente addendum *ὑμῶν*: *ex ipsis vobis percontari cupio.*

487. Cf. vs. 246 et de voce *πόλει arce* vid. ad Nub. 69.

489. *καὶ . . . γε*] vid. ad Ran. 49.

489 et 491. *ἐκυκήθη . . . ἐκύκων*] vid. ad Eq. 251.

490 sq. *Nempe ne deesset occasio furandi, Pisander ceterique qui ad rem gerendam*

---

[1]) Vid. ad Vesp. 533 Nub. 958 Ran. 883.

ἀεί τινα κορκορυγὴν ἐκύκων. οἱ δ' οὖν τοῦδ' οὕνεκα δρώντων
ὅ τι βούλονται· τὸ γὰρ ἀργύριον τοῦτ' οὐκέτι μὴ καθέλωσιν.

ΠΡΟΒΟΥΛΟΣ.

ἀλλὰ τί δράσεις;

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

τοῦτό μ' ἐρωτᾷς; ἡμεῖς ταμιεύσομεν αὐτό.

491. *οὕνεκα Γ*] *ἕνεκα* R.
493. *αὐτό*] *ὑμῖν* l. a. in schol.

se applicant semper aliquas turbas miscebant. — Cunctas horum annorum turbas sordidae demagogorum avaritiae esse tribuendas Lysistrata perhibet, crimine usa nunquam non in scena comica audito [1]) nec non in concione et coram iudicibus prolato saepius quam probato. *Οἱ ταῖς ἀρχαῖς ἐπέχοντες* sunt *οἱ σπουδαρχιῶντες, οἱ συνιστάμενοι ἐπὶ ταῖς ἀρχαῖς*, ut infra vocantur [2]); articulus autem noto usu [3]) id quod *ceteros* nunc valet. Ad verbum *ἐπέχειν* mente supplendum est: *animum*, ut in Trygaei verbis: *παῖ' αὐτὸν ἐπέχων feri eum intento animo*, i. e. *non perfunctorie* [4]), ubi adverbiascit fere participium; additum legitur obiectum apud Platonem: *est qui puellam pauperem nolit uxorem ducere τρυφῶν καὶ ἐπὶ μείζοσι γάμοις τὴν διάνοιαν ἐπέχων* [5]). Magis vulgatum est *προσέχειν* (*τὸν νοῦν*) *animadvertere*. Euphemismo usa Lysistrata *τἄλλα* dicit quicquid triste his annis attulit civium discordia; praesertim autem cogitat crimen illud violatorum mysteriorum et hermas mutilatos et quae inde profluxere. De *Pisandro* autem vid. ad Av. 1556, et de voce *κορκορυγῇ turba* ad Nub. 387.

491. Contemtim concedentis est *οἱ* (*ὅ, σὺ* etc.) *δ' οὖν* cum imperativo [6]), et *τοῦδ' οὕνεκα* id valet quod *πρὸς τάδε* [7]). *Iamque faciunto illi quicquid lubitum fuerit: haecce paravimus: cautum est ne ad pecuniam perveniant.*

492. *καθέλωσιν*] verbum ita adhibitum est ut in verbis Strepsiadis: *εἰ ... καθέλοιμι νύκτωρ τὴν σελήνην ...; quid si noctu lunam de caelo deducam?* [8]). Ex edito enim loco depromenda erant quae *in arce* asservabantur, unde plaustris iam avehi quae patres collegissent in Thesmophoriazusis queritur dux chori [9]). Confero praeterea quae in [Arist.] Rep. Ath. leguntur: *τὰ γραμματεῖα ... ὁ δημόσιος ... παραδίδωσι τοῖς ἀποδέκταις ... καθελὼν ἀπὸ τῶν ἐπιστυλίων* [10]). Et prope distant loci ubi *ἀνάθημα* aliquis vel simile quid *καθαιρεῖν* vel *καθαρπάζειν* dicitur [11]). Vid. etiam Eq. 152.

493—495. Eodem argumento in Ecclesiazusis utitur Praxagora oratorem publicum se gerens: *ἢν οὖν ἐμοὶ πίθησθε, σωθήσεσθ' ἔτι. | ταῖς γὰρ γυναιξὶ φημὶ χρῆναι τὴν πόλιν | ἡμᾶς παραδοῦναι. καὶ γὰρ ἐν ταῖς οἰκίαις | ταύταις ἐπιτρόποις καὶ ταμίαισι χρώμεθα* [12]). Praeterea digna quae conferantur sunt rei apud Lysiam verba: *οἶμαι δὲ πάντας ὑμᾶς ἐπίστασθαι ὅτι τῶν ἐμῶν ἐγὼ πολὺ βελτίων ὑμῖν ἔσομαι ταμίας τῶν τὰ τῆς πόλεως ὑμῖν ταμιευόντων* [13]).

[1]) Cf. Thesm. 576 et vid. ad Ran. 48. — [2]) Vid. etiam vs. 677 et 1092. Verum vidit Bergler. — [3]) Vid. ad Nub. 800. — [4]) Redit Eur. fr. 955[2]; cf. *ἐξεπᾴδειν* Soph. O.C. 1194. — [5]) Cf. Vesp. 300 sqq., 600 sqq. etc. — [6]) Vid. ad Ran. 415. — [7]) Hom. *Z* 187 Herodot. V 105 etc. — [8]) Vid. ad Nub. 1483 etc. — [9]) Supra vs. 567—586.

ἀγοράσω τ' ἐν τοῖς ὅπλοις ἑξῆς Ἀριστογείτονος,
ὧδέ θ' ἑστήξω παρ' αὐτόν, — τοῦτο γάρ μοι γίγνεται, —
τῆς θεοῖς ἐχθρᾶς πατάξας τῆσδε γραὸς τὴν γνάθον.

DUX MULIERUM.

οὐκ ἄρ' εἰσιόντα σ' οἴκαδ' ἡ τεκοῦσα γνώσεται.
ἀλλὰ θώμεσθ', ὦ φίλαι γρᾶες, ταδὶ πρῶτον χαμαί.

(Ponunt pallia.)

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ ΓΥΝΑΙΚΩΝ.

Antistropha (vs. 638—647).

ἡμεῖς γάρ, ὦ πάντες ἀστοί, λόγων κατάρχομεν

---

633. *Ἀριστογείτονος* Blaydes] *-νι* B *Γ*; cf. Ran. 765 Eur. Iph. A. 627.

634. *τοῦτο* Blaydes] *αὐτὸς* B *Γ* metro invito. Verba *τοῦτο — γίγνεται* in parenthesi collocata esse vidit Blaydes. HRichards *πάντα* pro *αὐτός* (coll. vs. 486), cum sequenti versu haec coniungens.

635. *θεοῖς*] *θεοῖσιν* B *Γ*. || *πατάξας* Blaydes] *πατάξαι* B *Γ*.

636. *οὐκ ἄρ'* Dobree] *οὐ γὰρ* B *Γ*. || *εἰσιόντα σ'* Bentley e schol.] *-ντασ* B *Γ* (in *Γ* tamen postmodo adiectum est signum elisionis).

μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω, | *ὥσπερ Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων*", quaeque plura in honorem *τῶν τυραννοκτόνων*, qui libertatem Athenis reddidisse credebantur, in conviviis solebant cani [1]).

633—635. *Armatus* cum ceteris [2]) *nundinabor*, et sic Aristogitoni illi plane fiam similis, nam telum meum latitabit inter olera in foro emta. *Quid quod et proximus ei stabo aereus* [3]); nempe patriae vindicem et ego iam me gero. — Adverbium *ὧδε sic* gestu loquentis illustratur; praesens *γίγνεται* pro futuro est adhibitum, ut saepe de certo eventu [4]). De voce *θεοῖς ἐχθρῷ* vid. ad Vesp. 418, de locutione *πατάξαι τὴν γναθόν* ad Ran. 149. Perridicule autem dux chori divinum honorem, qualis tyranni percussoribus tributus erat olim, sibi nunc portendit si ... aniculae genam ferierit. Nam meris mortalibus nihil eiusmodi concedebatur quamdiu libera et se digna perstitit res publica Atheniensium; qui tum demum, cum dominos adulari coeperunt, statuas Antigoni et Demetrii in foro collocarunt *πλησίον Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος* [5]).

636. *Ergo domum redeuntem* [6]) *non agnoscet te mater*. Tam male mulcatus mox hinc abibis ut ne ea quidem quae te peperit agnoscere te queat. Ut *puero* seni minatur.

637. Ad virorum exemplum mulieres ponunt *pallia* [7]), mox etiam brachia exerturae e tunicis [8]). De demonstrativo vid. ad Ach. 331.

638. *ὦ πάντες ἀστοί*] sollemnis haec est formula alloquendi, ut *ὦ πάντες λεῴ* [9]). Seria iam iocis se intersertturas significant mulieres.

---

[1]) Vid. Athen. 695 Ach. 980, 1093 (?) etc. — [2]) Vid. ad vs. 555 sq. — [3]) Cf. Herodot. II 141 etc.; alia est ratio versus Eccl. 682. — [4]) Vid. ad Eq. 127. — [5]) Diodor. Sic. XX 46. — [6]) Vid. ad Ach. 202. — [7]) Recte sic Enger. *Urnas* feminae dudum reliquerunt (vs. 539). — [8]) Vs. 686; cf. vs. 615 et 662. — [9]) Pac. 298; vid. ad Vesp. 1015.

τῇ πόλει χρησίμων·
εἰκότως, ἐπεὶ χλιδῶσαν ἀγλαῶς ἔθρεψέ με.
ἑπτὰ μὲν ἔτη γεγῶσ' εὐθὺς ἠρρηφόρουν·
εἶτ' ἀλετρὶς ἦ δεκέτις οὖσα τἀρχηγέτι·
κᾆτ' ἔχουσα τὸν κροκωτὸν ἄρκτος ἦ Βραυρωνίοις·
καὶ ἐκανηφόρουν ποτ' οὖσα
παῖς καλή, ἔχουσ'
ἰσχάδων ὁρμαθόν.

DUX MULIERUM.

ἆρα προυφείλω τι χρηστὸν τῇ πόλει παραινέσαι;

---

645. *κᾆτ' ἔχουσα* Bentley] *κατέχουσα Γ, καταχέουσα* R; vid. ad Av. 1456.
648. *τι χρηστὸν τῇ πόλει* R] *τῇ π. τί χρ. Γ.*

---

640. *χλιδῶσαν*] dictionis poeticae sunt *χλιδή, χλιδᾶν* [1]).

641 sq. *Nam ut primum explevi annum septimum, Minervae facta sum ministra.* — Quinto quoque anno eligebantur quatuor puellae septennes claris natalibus editae. Ex his duas designabat rex sacrorum, quae per quadriennium Panathenaicum *ἐρρηφόρων* munere honorifico fungerentur. Praecipuum his erat officium in celebrandis *τοῖς Ἐρροφορίοις* mense Scirophorione; praeterea sacri pepli texendi faciebant initium, et omnino Minervae Poliadi ministrabant. Vocis cascae et obscurae altera figura *ἐρσηφόρος* [2]) favet opinioni eorum qui ab *ἔρσης* (*roris*) nomine eam repetebant [3]). Recentioris aevi sunt voces *ἀρρηφόρος, ἀρρηφορεῖν, ἀρρηφορία* [4]).

643 sq. *Dein lecta sum inter puellas ἀλετρίδας.* — His mandatum erat ut molerent frumentum quod ferebat arvum sacrum prope arcem a parte septentrionali situm et a Buzygis cultum, unde placentae [5]) fierent Minervae [6]) arcis deae ipsiusque civitatis praesidi.

645. *Mox sumta crocota ἤρκτευσα* [7]), *ἄρκτος* sive *ἱερόδουλος* interfui sacris Dianae Brauroniae, quae quinto quoque anno [8]) splendide celebrabantur in arce [9]). *Ursae* vocabantur [10]), quae deae sacra erat bestia ipsamque deam referebat; — *Callistus* et *ursae caelestis* recordamur. *Croceus* autem vestis color deae consecratas eas testabatur [11]), ut Cereri Filiaeque feminas Themophoria agentes [12]). Ceterum de crocota vestimento muliebri vid. ad Ran. 46 sq.

646. *ἐκανηφόρουν*] vid. ad Av. 1551.

647. *ὁρμαθόν*] vid. ad Ran. 914.

648. *ἆρα*] vid. ad Av. 797.

---

[1]) Soph. El. 360 etc., Ruhnk. ad Tim. s. v.; vid. etiam ann. crit. ad Thesm. 168. — [2]) Etiamne Aeolice *ἐρσόφορος*? Vid. inscriptio Mitylenaea Collitz. 232^5, ubi *ἐρσόφορον τῶν ἁγιωτάτων μυσταρίων* scripsit Bechtel pro *ἐρΓόφορον*, probabiliter admodum. — [3]) Vid. Ister in scholiis (Ovid. Met. II 553 sqq. Paus. I 18). — [4]) Vid. Robert-Preller Myth. I^4 p. 210, 3. Lys. XXI § 5 scribatur igitur *ἐρρηφορίαι*. — [5]) *τὰ εἰς τὴν θυσίαν πόπανα* (schol.) — [6]) Plut. Alcib. 2 etc.; non recte *Dianam* vel *Cererem* interpretantur scholia. — [7]) Quod etiam *δεκατεῦσαι* dictum esse ait Harpocratio s. v. *δεκατεύειν* (item Suid. et Bekk. Anecd. p. 235). — [8]) [Aristot.] Rep. Ath. 54 § 7. — [9]) Pausan. I 23 § 9. Olim etiam Braurone: Herodot. VI 138; vid. Sandys ad Rep. Ath. l.l. — [10]) Aliam nominis causam commenti sunt recentiores; vid. Bekk. Anecd. p. 444 sq. — [11]) Vid. OGruppe Gr. Mythologie p. 44, 4. — [12]) Vid. Thesm. 253.

εἰ δ' ἐγὼ γυνὴ πέφυκα, τοῦτο μὴ φθονεῖτέ μοι,
ἢν ἀμείνω γ' εἰσενέγκω τῶν παρόντων πραγμάτων.
τοῦ ἐράνου γάρ μοι μέτεστι· καὶ γὰρ ἄνδρας εἰσφέρω.
τοῖς δὲ δυστήνοις γέρουσιν οὐ μέτεσθ' ὑμῖν, ἐπεὶ
τὸν ἔρανον τὸν γενόμενον παππῷον ἐκ τῶν Μηδικῶν
εἶτ' ἀναλώσαντες οὐκ ἀντεισφέρετε τὰς εἰσφοράς,
ἀλλ' ὑφ' ὑμῶν διαλυθῆναι προσέτι κινδυνεύομεν.

650. *ἢν ἀμείνω Γ*] *ἢν ἀναμείνω* R (i. e. *ἢν ἀν ἀμείνω*).
653. *γενόμενον* Geel] *λεγόμενον* R *Γ*. ‖ *ἐκ*] *ἐπὶ* Bentley (cf. schol.) non recte.
654. *εἶτ'*] *ἐξ-* Blaydes (coll. Plat. fr. 175).

649 sq. *Sexum autem non est cur mihi exprobres, si melius quid afferam quam sunt mala, quibus nunc obruimur.* — Cf. Ach. 497 sq.

650. *πραγμάτων*] quoniam *εἰσφορᾶς* fit mentio, expectabatur *χρημάτων*, sed non *res* nunc additur sed *negotia, molestiae* [1]).

651. *Nempe et ego sodalicii sum particeps; iustam enim partem in commune confero. Et vel magni quid confero: confero viros*, et *ἄνδρες πόληος πύργος ἀρεύιοι*, contra *οὐδέν ἐστιν οὔτε πύργος οὔτε ναῦς | ἔρημος ἀνδρῶν μὴ ξυνοικούντων ἔσω* [2]). Eodem tendunt quae in Thesmophoriazusis chorus dicit: „matres virorum de patria bene meritorum praemio publico non minus dignas esse quam ipsos cives praestantes" [3]). Eadem autem imagine usus Pericles apud Thucydidem de civibus qui in pugna ceciderunt: *pro patria* — ait — *hi dedere vitam, κάλλιστον ἔρανον αὐτῇ προϊέμενοι* [4]). Item Lycurgus: *ἔρανον εἰς τὴν σωτηρίαν εἰσενεγκεῖν* [5]). Cf. etiam Thaletis dictum: *οὓς ἂν ἐράνους εἰσενέγκῃς τοῖς γονεῦσι, τοὺς αὐτοὺς προσδέχου καὶ παρὰ τῶν τέκνων* [6]), et nescio cuius patris ad filium verba apud Alexidem: *ὦ παῖ, μέγιστος ἔρανός ἐστί μοι τὸ σὲ | θρέψαι κατὰ τρόπον κτέ.* [7]). Qui sumtu communi cenam instituebant vel mercaturam faciebant aliove consilio conferebant *ξυμβολὰς* [8]), *ἔρανον* efficiebant, *ἐρανισταί* autem iis nomen erat, quique ex iis *τῷ κοινῷ* praeerat, *ἐρανάρχης* vocabatur.

652—655. *At vos facessere iubeo, qui thesaurum inde a bello Medico collectum postquam consumsistis, sodalicium dissolutum itis potius quam ipsi pro virili in commune conferatis aliquid.* Aerarium *τοῖς φόροις τῶν ξυμμάχων* repletum exhausistis [9]): nunc nulla tributa ferunt socii [10]), de vestro vero aerarium denuo implere non vultis, et periculum est ne ipsa dilabatur civitas. — De particula *εἶτα* ex abundanti addita et loco non suo collocata vid. ad Nub. 860 sq., felicissime autem adhibita est vox ambigua *εἰσφοραί*, quae et imagini est apta — valet enim id quod *ξυμβολάς* — et *tributa extraordinaria* significat [11]), quae cives multiplicibus horum annorum cladibus obrutos nonnisi reluctanter iam conferre queritur Lysistrata [12]). Verbo *διαλύεσθαι* (*solvi*) utitur *ἔρανον* etiam cogitans [13]);

[1]) Vid. ad Eq. 596 sq. Vesp. 1392. — [2]) Alc. fr. in schol. Aesch. Pers. 348 Soph. Oed. R. 56 sq. — [3]) Thesm. 832—839. — [4]) Thucyd. II 43 § 1. Quem fortasse imitatur [Demosth.] LXI § 54. — [5]) Lycurg. Leocrat. § 143. — [6]) Diogen. Laert. I § 37 (= Eur. Suppl. 363 sq.). Locutio *ἔρανον εἰσφέρειν* praeterea invenitur Philemon. fr. 213[14] Theophr. Charact. 15 et 17. — [7]) Alex. fr. 280. — [8]) Vid. ad Ach. 615 et 1210 sq. — [9]) Vid. ad vs. 174. — [10]) Vid. Thucyd. VII 28 § 4. — [11]) Vid. ad Eq. 924. — [12]) Cf. Lys. XXI § 3 XXV § 12. — [13]) Cf. vs. 569.

ἆρα γρυκτόν ἐστιν ὑμῖν; εἰ δὲ λυπήσεις τί με,
τῳδέ σ' ἀψήκτῳ πατάξω τῷ κοθόρνῳ τὴν γνάθον.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ ΓΕΡΟΝΤΩΝ.

Stropha (vs. 658—671).

ταῦτ' οὖν οὐχ ὕβρις τὰ πράγματ'
ἐστὶ πολλή; καὶ ἐπιδώσειν
μοι δοκεῖ τὸ χρῆμα μᾶλλον.
ἀλλ' ἀμυντέον τὸ πρᾶγμ', ὅστις γ' ἐνόρχης ἔστ' ἀνήρ.
ἀλλὰ τὴν ἐξωμίδ' ἐκδυώμεθ', ὡς τὸν ἄνδρα δεῖ
ἀνδρὸς ὄζειν εὐθύς, ἀλλ' οὐκ ἐντεθριῶσθαι πρέπει.

(Brachia exerunt e tunicis.)

ἀλλ' ἄγετε, λευκόποδες, οἵπερ ἐπὶ Λειψύδριον ἤλθομεν ὅτ' ἦμεν ἔτι,

---

657. σ' Dobree] γ' B Γ. Cobet τῷδε τἀψήκτῳ πατάξω σου κοθόρνῳ τὴν γνάθον, sed adiectivum ἄψηκτος *attributi* loco collocatum languet, *appositum* vero (ut vs. 1116 etc.) minas egregie auget; vid. comment.

658. τὰ πράγματ' B] τὸ πρᾶγμ' Γ.

661. γ' B] om. Γ.

663. ἐντεθριῶσθαι] *-ᾶσθαι? cf. Ach. 158.

664. λευκόποδες GHermann ex Hesych. (ὡς μέν τινες, διὰ τὴν τῶν ποδῶν λευκότητα)] λυκόποδες B Γ. Quae lectio licet damnetur metro, variis rationibus explicatur a grammaticis (vid. schol. Phot. Hesych. Suid. Et. M.); Pisistrati autem satellitibus

---

dicit autem cavendum esse ne διαλύηται sive καταλύηται ἡ πολιτεία δισταμένων τῶν πολιτῶν [1]).

656. γρυκτόν] vid. ad Ran. 913.

— εἰ δὲ λυπήσεις τί με] item Av. 1253; praeterea vid. ad Ach. 842.

657. Epexegetice additur: „τῷ κοθόρνῳ", quod omitti poterat; nam integra vel sic erat sententia: *hocce* — et ostendit cothurnum suum [2]) — *feriam te ne deterso quidem*. — De locutione πατάξαι τὴν γνάθον vid. ad Ran. 149, constructio autem epicis poetis usitatissima σε … τὴν γνάθον, quam καθ' ὅλον καὶ μέρος vocant grammatici, apud nostrum saepius occurrit [3]).

658 sq. ταῦτ' οὐχ ὕβρις … ἐστί] vid. ad Ran. 21.

659. ἐπιδώσειν] *progrediendi, augescendi* vim huic verbo noster alibi non tribuit, sed apud Hermippum de nescio quo dicitur: ἐὰν τοσοῦτον ἐπιδιδῷ τῆς ἡμέρας, *si tantundem augescat quotidie* [4]). Item apud philosophum: ἀεὶ ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐπιδιδόναι [5]) et similia multa.

661. ἀμυντέον] χρὴ ἀμύνεσθαι sive *repellere*.

— ἐνόρχης] cf. vs. 598 et vid. Eq. 1385

662. *Age e tunica* ἑτερομασχάλῳ — quae dextrum brachium non tegebat — *etiam sinistrum exeramus brachium*, ἐξωμίσωμεν καὶ τὸν ἕτερον βραχίονα [6]).

663. ἐντεθριῶσθαι] id quod ἐγκεκαλύφθαι [7]).

665. λευκόποδες] vox, qua in dictione

---

[1]) Cf. Vesp. 41. — [2]) De cuiusmodi locis vid. ad Ach. 331. — [3]) Cf. Av. 497. — [4]) Hermipp. fr. 42. — [5]) Plat. Protag. 318 *a*. — [6]) Vid. Eccl. 267 et infra vs. 1021—1023. — [7]) Vid. ad Ach. 158 Nub 10.

νῦν δεῖ, νῦν ἀνηβῆσαι πάλιν καὶ ἀναπτερῶσαι
πᾶν τὸ σῶμα, καὶ ἀποσείσασθαι τὸ γῆρας τοδί.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

εἰ γάρ ἐνδώσει τις ἡμῶν ταῖσδε κἂν σμικρὰν λαβήν,

hoc nomen fuisse perhibent, Aristotelis ut aiunt auctoritate freti. De cuius erroris origine probabiliter sic disputat Rutherford: „all the nonsense about the body-„guard of the tyrants seems to have arisen from misreading *φυγάδες* as *φύλακες*" (in Aristotelis opere de Rep. Athen.). Non est assentiendum Blaydesio, qui recepta Hermanni emendatione virgulam post *λευκόποδες* delevit, hic ut esset sensus: *age qui nudis pedibus Lipsydrium petivimus.* Nam a chori sermone eiusmodi adiectivum poeticum alienum est. Vid. comment.

668. *ἀνηβῆσαι Γ*] *ἀναβῆσαι* R.

671. *τοδί*] *τόδε* R *Γ*.

poetica *candor pedum nudorum* indicatur [1]), nunc fungitur vice appellativi. Videtur igitur in populi ore aliquando id quod *va-nu-pieds* vel *sansculottes* significasse. Contrarium est *μελάμποδες* sive *σκιάποδες* gentium exterarum cognomentum [2]), similis autem conformationis sunt *μελάμπυγος* — quod Herculis proprium fere nomen est factum — et *λευκόπυγος* [3]).

— *οἵπερ ἐπὶ Λειψύδριον ἤλθομεν*] *qui olim Lipsydrium occupavimus.* — Ut postea, cum penes trigintaviros esset summa potestas, *οἱ φυγάδες* Phylen occuparunt, sic Pisistratidarum tempore — post mortem Hipparchi, anno fere 513 — exules in Parnethis latere meridionali communiverunt Lipsydrium castellum, ducibus Alcmeonidis. Qui tamen minus prospera fortuna sunt usi quam comites illi Thrasybuli, nam *ἐξεπολιορκήθησαν ὑπὸ τῶν τυράννων. ὅθεν ὕστερον ᾖδον ἐν τοῖς σκολίοις· „αἰαῖ, Λειψύδριον προδωσέταιρον, | οἵους ἄνδρας ἀπώλεσας, μάχεσθαι | ἀγαθούς τε καὶ εὐπατρίδας, | οἳ τότ' ἔδειξαν οἵων πατέρων ἔσαν"* [4]). Illic pro patriae libertate adversus tyrannos olim dimicasse se gloriantur senes. Spernitur igitur nunc quoque, ut supra [5]), ratio temporis, nam integri saeculi et amplius intercedit spatium.

666. *ὅτ' ἦμεν ἔτι*] *tunc cum aliquid valebamus*, iuventutis tempore; *νῦν γὰρ οὐδέν ἐσμεν ἀλλ' ἢ γέροντες καὶ σαπροί* [6]). Eadem locutione apud Euripidem utitur Hecuba serva liberisque orbata: *καὶ ἐγὼ γὰρ ἦν ποτ'· ἀλλὰ νῦν οὐκ εἴμ' ἔτι* [7]). Cf. etiam senum Vesparum querelae: *ὢ πάλαι ποτ' ὄντες ἡμεῖς ἄλκιμοι μὲν ἐν χοροῖς, | ἄλκιμοι δ' ἐν μάχαις, | … πρίν ποτ' ἦν, πρὶν ταῦτα, νῦν δ' | οἴχεται* [8]), et Homericum „*εἴ ποτ' ἔην γε*" de rebus dudum praeterlapsis dictum, quae vix iam videantur credibiles [9]).

667 sq. *νῦν δεῖ … ἀνηβῆσαι*] item Peleus Euripideus: *οὐ … σχολῆς τόδ' ἔργον, ἀλλ' ἀνηβητηρίαν | ῥώμην μ' ἐπαινῶ λαμβάνειν* [10]).

669 sq. *ἀναπτερῶσαι … τὸ σῶμα*] vid. ad Av. 1437—1449.

670. *ἀποσείσασθαι τὸ γῆρας*] vid. vs. 364 et Ran. 346.

672. *ἐνδώσει … λαβήν*] hoc loco [11]), ut

[1]) Vid. Eur. Cycl. 72 Bacch. 665. — [2]) Vid. ad Av. 1553. — [3]) Vid. ad vs. 800—804. — [4]) [Arist.] Rep. Ath. 19 § 3 Athen. 695 *e*; cf. Herodot. V 62. — [5]) Vid. ad vs. 272. — [6]) Vid. Eupol. fr. 221 et ad Eq. 1243. — [7]) Eur. Hec. 284. Alienus vero hinc est Ar. Ach. 699. — [8]) Vesp. 1060 sqq. — [9]) Hom. *Γ* 180 etc. — [10]) Eur. Andr. 551 sq.; vid. etiam Heraclid. 740 sqq. (Ran. 592). — [11]) Eq. 847 redit locutio.

οὐδὲν ἐλλείψουσιν αὗται λιπαροῦς χειρουργίας,
ἀλλὰ καὶ ναῦς τεκτανοῦνται, καὶ ἐπιχειρήσουσ᾽ ἔτι
ναυμαχεῖν καὶ πλεῖν ἐφ᾽ ἡμᾶς, ὥσπερ Ἀρτεμισία.
ἢν δ᾽ ἐφ᾽ ἱππικὴν τράπωνται, διαγράφω τοὺς ἱππέας·
ἱππικώτατον γάρ ἐστι χρῆμα καὶ ἔποχον γυνή,
κοὐκ ἂν ἀπολίσθοι τρέχοντος. τὰς δ᾽ Ἀμαζόνας σκόπει,

---

673. *αὗται*] sanum? ‖ *λιπαροῦς* Bentley e scholio et Suid. s. v. *λιπαρές*] *λιπαρᾶς* B *Γ* (ῐ).
676. *διαγράφω* Bentley] *-ψω* B, *-ψαι Γ*; verum praebet schol.: „*περιαίρω* (l. *περιαιρῶ*).
678. *τὰς δ᾽*] *τὰς* Dindorf, *τάσδ᾽* Lenting.

---

in Orestis Euripidei verbis: *εἰ δ᾽ ἐνδιδοίης, ὥσπερ ἐνδίδως, λόγον* [1]), duae confluxere notiones; quarum prior est *ἐνδοῦναι* sive *cedere* [2]), altera *δοῦναι* (vel *παραδοῦναι*) *λαβήν*, *λόγον facere adversario facultatem se comprehendendi, verba faciendi* [3]). Accuratius igitur loquentis forent haec: *εἰ γὰρ ἐνδώσομεν ταῖσδε κἂν σμικρόν τι, ὥστε δοῦναι λαβήν.* Qui tamen plane intolerabilis foret verborum tinnitus.

— *κἂν*] vid. ad Ach. 1021.

673. I. e. *πᾶσαν χειρουργίαν παρέξουσι λιπαρῆ, nihil neglegent, omittent, a nullo opificio manus abstinebunt.* Cf. Promethei ad Oceanum verba: *laudo te, προθυμίας γὰρ οὐδὲν ἐλλείπεις* [4]). Apud comicos verbum non redit [5]), neque nomen utrumvis alibi apud nostrum occurrit [6]), sunt enim dictionis ornatioris; quotidiani sermonis sunt *χειροτέχνης* [7]) et *-νία.*

674 sq. *ἐπιχειρήσουσ᾽ ἔτι* | *ναυμαχεῖν*] ominantis, ut alibi precantium [8]) vel minantium [9]), nunc est particula *ἔτι*: — *ἔσται μάν* vel *ἔσσεται ἦμαρ ὅτε*, ut loquuntur poetae epici [10]). Cf. autem Hercules fratrem imbellem ridens: *καὶ ἐναυμάχησας; etiamne pugnae maritimae* (ad Arginusas) *interfuisti?* [11]).

675. *ὥσπερ Ἀρτεμισία*] de Halicarnassi hac regina quae narrat Herodotus [12]), notiora sunt quam quae hic referantur; etiam Aristophanis aequalibus fuisse notissima, noster locus testatur [13]).

676. *διαγράφω τοὺς ἱππέας*] *actum est (erit) de equitibus.* De verbo *διαγράφειν* vid. ad Nub. 774.

677. Equitum primum officium est, equo firmiter insidere; qua de re sollemne est adiectivum *ἔποχος* [14]). Agnoscimus autem iocum quo etiam supra usus est comicus [15]). De vocis *χρήματος* usu in designandis animantibus vid. ad Vesp. 266; simili ratione adhibitum est *πρᾶγμα* Eccl. 441.

678. *τρέχοντος*] absolutus hic est genitivus, supplendum enim est *αὐτοῦ*, i. e. *τοῦ ἵππου*, quae vox e praegressis facile suppletur.

678 sq. *Vide modo Amazones, quas Mico* Phanomachi [16]) f. ante saeculi fere dimidium in parietibus porticus Poeciles

---

[1]) Eur. Andr. 965. — [2]) *To give in, toegeven*; vid. ad Plut. 488. — [3]) Vid. ad Nub. 551. — [4]) Aesch. Prom. 340. — [5]) Non recte Dawesius e coni. scribebat Plut. 859; apud Eubulum fr. 57^4 autem est proprium nomen iactus tesserarum. Frequens est verbum apud Platonem et oratores. — [6]) Cf. Soph. El. 1378. — [7]) Vid. Plut. 533. — [8]) Cf. Ach. 1156. — [9]) Vid. ad Plut. 608. — [10]) Nos: *je zult nog zien dat zij zeeslagen gaan leveren!* Item Soph. El. 471 Eur. Med. 1015. — [11]) Ran. 49. — [12]) Herodot. VII 99 VIII 87 sq. etc. — [13]) Cf. etiam Thesm. 1200. — [14]) Xen. Mag. Eq. 1 § 6 sq. et 18 de Re Eq. 8 § 10 Cyrop. I 4 § 4 etc. — [15]) Vs. 59 sq. — [16]) *Phanochum* eius patrem dicit scholion, sed in lapide quodam *ΚΟΝ ΑΝΟΜΑΧΟ ΕΠΟΙΕΣΕ* leguntur litterae (Kaibel Epigr. 763).

ἃς Μίκων ἔγραψ' ἀφ' ἵππων μαχομένας τοῖς ἀνδράσιν.
ἀλλὰ τούτων χρῆν ἁπασῶν εἰς τετρημένον ξύλον
ἐγκαθαρμόσαι λαβόντας τουτονὶ τὸν αὐχένα.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ ΓΥΝΑΙΚΩΝ.

Antistropha (vs. 682—695).

εἰ, νὴ τὼ θεώ, με ζωπυ-
ρήσεις, λύσω τὴν ἐμαυτῆς
ὗν ἐγὼ δή, καὶ ποιήσω
τήμερον τοὺς δημότας βωστρεῖν σ' ἐγὼ πεκτούμενον.
ἀλλὰ χἠμεῖς, ὦ γυναῖκες, θᾶττον ἐκδυώμεθα,

679. *ἀφ'* Cobet] *ἐφ'* R *Γ* (*ἔγραψεν ἐφ' ἵππων* R, *ἔγραψε φιλίππω Γ*), ut vs. 561.
681. *τουτονὶ*] suspectum Brunckio; vid. comment.
683. *ἐμαυτῆς ὗν ἐγὼ δή*] *κύν' ἤδη τὴν ἐμαυτῆς* Blaydes coll. Lucian. Salt. § 4.
684. *δή, καὶ*] *καὶ δὴ* Bentley.

et Thesei *pinxit* cum Theseo eiusque militibus fortiter dimicantes[1]. — Clarorum pictorum imagines apud nostrum commemorantur etiam alibi[2]. De Amazonibus autem *ταῖς λευκοπώλοις* vid. supra[3].

680. *εἰς τετρημένον ξύλον*] *in columbar*[4].

681. *τουτονὶ*] digito indicat collum mulieris sibi proximae.

682. *νὴ τὼ θεώ*] vid. ad Ach. 905.

— *ζωπυρήσεις*] proprium sensum servavit verbum in Menandri trimetro: *ὦ τρισκατάρατε, ζωπύρει τοὺς ἄνθρακας*[5]; apud tragicos transfertur[6], ut nostro loco. Valent autem haec idem quod: *εἴ με (τὴν ἐμὴν ὀργήν) κινήσεις ὡς πῦρ τι*, vel: *εἰ τὸ πῦρ τῆς ὀργῆς μου ἐκφυσήσεις*[7]. De cuiusmodi locutionibus vid. ad Eq. 313. Iram meam vixdum sopitam[8] — ait mulier — facile excitabis denuo, si digitis me contrectes et fodices.

684. „*Suem suam*" dicit *furorem caecum et inconsideratum*, qualis est apri in hostes recta ruentis[9]. Recte scholion: „*τὴν φύσιν λέγει (,) τὴν ὀργήν*" *indolem iracundam*[10]. Similibus minis utitur dux chori in Vespis: *τὸν πρινώδη θυμὸν ἅπαντ' ἐκκαλοῦμεν*[11]. Nostrum autem vel similem locum imitatus Lucianus: *παπαῖ* — ait — *ὦ Κράτων, ὡς καρχαρόν τινα ἔλυσας ἐφ' ἡμᾶς τὸν σαυτοῦ κύνα*[12].

685. De ordine, quo collocata sunt verba, vid. ad Vesp. 429.

— *βωστρεῖν*] vid. ad Ach. 959.

— *πεκτούμενον*] *vellendi* verbum[13]) nunc ita usurpatur ut in dictione sublimiore *ξαίνειν*[14], valet enim *male mulcare*[15].

686. *καὶ ἡμεῖς ... ἐκδυώμεθα*] cf. vs. 662.

[1]) Vid. schol. Pausan. I 15 § 2 et 17 § 2. — [2]) Vid. Ach. 992 Plut. 385. — [3]) Ad vs. 191 sq. — [4]) Plaut. Rud. III 6, 50. Vid. ad Nub. 592. — [5]) Menandr. fr. 71; vid. ad Ach. 1014. — [6]) Aesch. Sept. 289 Eur. El. 1121. — [7]) Cf. Pac. 310 et 610. — [8]) Cf. vs. 474 sq. — [9]) Cf. vs. 1255. — [10]) Cf. e. g. Pac. 607. Errat opinor Rutherford in scholiastae verbis *τὴν φύσιν* vertens *pudendum* (ut schol. vs. 92). Sed dubito an „*τὴν φύσιν τὴν ὀργ<ιλ>ήν*" sit scribendum. — [11]) Vesp. 383. — [12]) Lucian. XXXIII § 4. — [13]) Vid. ad Av. 714. — [14]) Vid. ad Ach. 320. — [15]) Cf. nostrum *plukharen*; germ. *rupfen*, *raufen* et supra vs. 448. Fortasse etiam Nub. 1356 huc facit.

ὡς ἂν ὄζωμεν γυναικῶν αὐτοδὰξ ὠργισμένων.

(Brachia exerunt viros imitatae.)

νῦν πρὸς ἔμ' ἴτω τις, ἵνα μή ποτε φάγῃ σκόροδα μηδὲ κυάμους μέλανας.
ὡς εἰ καὶ μόνον κακῶς ἐρεῖς μ' — ὑπερχολῶ γάρ, —
ἀετὸν τίκτοντα κάνθαρός σε μαιεύσομαι.

DUX MULIERUM.

οὐ γὰρ ὑμῶν φροντίσαιμ' ἄν, ἢν ἐμοὶ ζῇ Λαμπιτώ,
ἥ τε Θηβαία φίλη παῖς εὐγενὴς Ἰσμηνία.
οὐ γὰρ ἔσται δύναμις, οὐδ' ἢν ἑπτάκις σὺ ψηφίσῃ·
ὅστις, ὦ δύστην', ἀπήχθου πᾶσι καὶ τοῖς γείτοσιν.
ὥστε καὶ ἐχθὲς τῇ Ἑκάτῃ ποιοῦσα παιγνίαν ἐγὼ

---

689. *μήποτε*] *μηκέτι* Blaydes.
692. *μ'*] hoc loco inseruit Dindorf; ante *ἐρεῖς* addiderat Bentley.
694. *ἀετὸν*] *αἰετὸν* R *Γ*.
696. Appinxit R *ἄλλη*. || *ὑμῶν Γ*] *ἡμῶν* R.
699. *καὶ τοῖς*] *τοῖσι* Elmsley.

---

687. *αὐτοδὰξ ὠργισμένων*] mulierum usque adeo exasperatarum *ὥστε καὶ ἂν αὐτοῖς τοῖς ὀδοῦσιν ἔχεσθαι τῶν γερόντων*. Sic Atheniensium *τὸν αὐτοδὰξ τρόπον* vituperat Mercurius in Pace [1]). De composito *αὐτ-οδάξ* vid. ad Eq. 78.

688. *πρὸς ἔμ' ἴτω τις!*] *ὁμόσε μοι χωρείτω τις!* Vid. ad Plut. 928.

689 sq. *Ut nunquam posthac alliis fabisve vescatur* — hic cum vitae finem invenerit. Idem haec valent quae: *καὶ ὕστατα νῦν λωβήσεται* vel: *αἶψά Ϝοι αἷμα κελαινὸν ἐρωήσει περὶ δουρί*, ut verbis Homericis utar [2]). Cibos viles vulgoque gratos commemorat allia [3]) et fabas [4]).

691 sq. *εἰ καὶ μόνον κακῶς ἐρεῖς με*] *si vel verbis solis laeseris*, — nedum manu me lacessas!

693. *ὑπερχολῶ*] cf. Vesp. 403 et de praepositione *ὑπερ-* vid. ad Plut. 354.

694 sq. Aesopi haec fabula etiam alibi apud nostrum respicitur [5]). Similes supra sunt minae [6]); de structura autem verborum vid. ad Ran. 159.

696 sq. *Lampito* Spartam rediit, mulieres Boeotia — cui nomen esse *Ismeniam* nunc audimus — et Corinthia etiam adsunt in arce cum ceteris [7]).

696. Sic in Equitibus Paphlago: *οὐ δέδοιχ' ὑμᾶς, ἕως ἂν ζῇ τὸ βουλευτήριον* [8]). Idem verbi *ζῆν* est usus in vehementer recusantium loquendi formula: *οὐδέποτε ζῶν τοῦτο ποιήσω* [9]) vel *μή νυν ζῴην! peream potius!* et similibus [10]).

698. *Non poteritis* in vincula nos conicere, — id quod minati sunt senes, — *etiamsi fieri id iubeatis septies*.

700—703. Structurae paratacticae exemplum notabile. Simile est quod in Ecclesiazusis legitur: „*mulieres συμβάλ-*

---

1) Pac. 607, *die bissige natur*. Cf. simplex *ὀδάξ* ita adhibitum Vesp. 943. — 2) Recte scholiasta prior: „*ἵνα μὴ εἰς ὥρας ἔλθῃ*" (cf. vs. 391). In alia omnia aberrat alter. — 3) Cf. Ach. 164. — 4) *Bruine boonen*: Hom. *N* 589 etc.; cf. supra vs. 537 et Eq. 41. — 5) Vesp. 1448 Pac. 129 sqq. — 6) Vs. 363. „Similes" cum dico, nolim inde effici, me cum Berglero ova aquilae nunc interpretari senis testiculos. Quae longius petita et hinc aliena duco. — 7) Vid. vs. 243 sq. — 8) Eq. 395. — 9) Vid. ad Nub. 1220. — 10) Vid. ad Ran. 177.

ταῖσι παισὶ τὴν ἑταίραν ἐκάλεσ' ἐκ τῶν γειτόνων,
παῖδα χρηστὴν καὶ ἀγαπητὴν ἐκ Βοιωτῶν ... ἔγχελυν·
οἳ δὲ πέμψειν οὐκ ἔφασκον — διὰ τὰ σὰ ψηφίσματα!
κοὐχὶ μὴ παύσησθε τῶν ψηφισμάτων τούτων, πρὶν ἂν
τοῦ σκέλους ὑμᾶς λαβών τις ἐκτραχηλίσῃ φέρων.

SCENA DECIMA TERTIA.

(Ex arce prodit Lysistrata.)

Lysistrata, Chorus.

DUX MULIERUM.

„ἄνασσα πράγους τοῦδε καὶ βουλεύματος,

---

701. *ταῖσι Γ*] *τοῖσι* R.
702. *καὶ ἀγαπητὴν* (*κἀγαπητὴν*) *Γ*] *καμπητὴν* R (*ΓΑ = Μ*).
703. *δὲ πέμψειν* R] *δ' ἐκπέμψειν Γ*.
704. *τούτων Γ*] om. R.
705. *ὑμᾶς λαβών τις Γ*] *λαβὼν ὑμᾶς τίς* R, *λαβών τις ὑμᾶς* Bentley. ‖ *φέρων* R *Γ*] *θέλων* Suidas, hinc *θένων* (*θενών*) Bentley. Vid. comment.

λειν πρὸς ἀλλήλας ἔφη | ἱμάτια κτέ., καὶ ταῦτ' ἀποφέρειν πάντα κοὐκ ἀποστερεῖν"[1]. Praeterea confero verba Thucydidis in operis prooemio: *„ἔτι δὲ καὶ ἐν τοῖς βαρβάροις ἔστιν οἷς νῦν ... πυγμῆς καὶ πάλης ἆθλα τίθεται, καὶ διεζωμένοι τοῦτο δρῶσιν*"[2].

701. *τὴν ἑταίραν*] recte in scholiis observatur, non *meretricem* dici, sed vocem proprio sensu, ita ut solet masculinum, usurpari, *sodalem* igitur, *necessariam* significare[3].

— *ἐκ τῶν γειτόνων*] vid. ad Plut. 435.

702. *ἀγαπητὴν*] redit hoc adiectivum Thesm. 761.

— *ἔγχελυν*] admodum ludicre et praeter expectatum hoc additur; nam de vera puella sermonem fieri nemo non putabat. Simili ioco usa est Calonica initio fabulae[4]; praeterea cf. Acharnensium locus lepidus, ubi de anguilla Boeotia ut de puella honestissima et desideratissima fit sermo[5]. Vid. etiam ad Vesp. 510.

703. *τὰ σὰ ψηφίσματα*] egregio cum contemtu haec proferuntur[6].

704. *οὐχὶ μὴ παύσησθε*] in minis hoc genus loquendi irrisionem habet; nam proprie haec valent: *non est periculum*[7] *ne vestra decreta nisi cum ipsa vita abiciatis.*

705. *Priusquam sublimes vos tollat aliquis*[8] *pede arreptos*[9], *dein in caput praecipitet*[10], ut frangantur istae cervices, quae flecti mollirive nequeant. Nostra colla columbari apta?[11] vestra arcis rupibus illidantur oportet.

706 sq. Dictione sublimiore nunc uti ducem mulierum et mox Lysistratam,

---

[1] Eccl. 446—449. — [2] Thucyd. I 6 § 5. — [3] Item Eccl. 528. — [4] Vs. 36. — [5] Ach. 882—894. — [6] Cf. vs. 374 et vid. ad Av. 893. — [7] Vid. Eccl. 650 et ad Vesp. 394. — [8] De participio praes. *φέρων* vid. ad Nub. 1212. — [9] Vid. ad Eq. 365. — [10] Cf. Plut. 70 sq. Nub. 1501 (Ach. 945 sq.). — [11] Vid. vs. 681.

„τί μοι σκυθρωπὸς ἐξελήλυθας δόμων;“

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

κακῶν γυναικῶν ἔργα καὶ θήλεια φρὴν
ποιεῖ μ' ἀθυμεῖν περιπατεῖν τ' ἄνω κάτω.

DUX MULIERUM.

τί φῄς; τί φῄς;

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ἀληθῆ, ἀληθῆ!

DUX MULIERUM.

τί δ' ἐστὶ δεινόν; φράζε ταῖς σαυτῆς φίλαις.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

„ἀλλ' αἰσχρὸν εἰπεῖν, καὶ σιωπῆσαι βαρύ.“

DUX MULIERUM.

μή νύν με κρύψῃς ὅ τι πεπόνθαμεν κακόν.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

βινητιῶμεν, ἧ βράχιστον τοῦ λόγου.

---

709. πο(ι)εῖ Γ] -εῖν R. ‖ ἀθυμεῖν Porson] ἄθυμον R Γ, quo servato Dobree dein delet τ'. Porsonis correctio fortasse inest lectioni Ravennatis ποιεῖν.
714. ὅ τι Γ] τί R.

---

cum verba — ἄνασσα, πρᾶγος [1]), δόμοι [2]) — tum numeri testantur [3]). Ex Euripidis Telepho locum desumtum esse docet scholion; dicebantur igitur haec ad Clytaemestram, qua auctore Telephus iniit consilium callidum et audacissimum [4]).

707. σκυθρωπὸς] vid. ad Plut. 756.

709. ἄνω κάτω] vid. ad Nub. 616.

710. τί φῄς;] iteratur etiam Nub. 1443; vid. praeterea Sophoclis locus, qui magis huc facit, Soph. El. 675.

713. Sic Prometheus Aeschyleus: ἀλλ' οὔτε σιγᾶν οὔτε μὴ σιγᾶν τύχας | οἷόν τέ μοι τάσδ' ἐστί et: ἀλγεινὰ μέν μοι καὶ λέγειν ἐστὶν τάδε, | ἄλγος δὲ σιγᾶν, πανταχῇ δὲ δύσποτμα [5]). Ex Euripide nostrum versum desumtum ait scholion, videtur autem e Telepho fabula hic quoque esse ductus.

714. μή νύν με κρύψῃς] cf. Thesm. 74 et Plut. 26.

715. Perquam ludicre a vicinis discrepat verbum apertius quam honestius, unde Lysistrata orditur [6]).

— ἧ βράχιστον τοῦ λόγου] cf. paedagogus in scena tragica mortem filii sic nuntians matri: τέθνηκ' Ὀρέστης· ἐν βραχεῖ ξυνθεὶς λέγω [7]).

---

1) Vid. ad Av. 112. — 2) Vid. ad Ach. 450. — 3) Vid. ad Eq. 611 sqq. — 4) Vid. ad Nub. 922—924 Ach. 327. — 5) Aesch. Prom. 106 sq. et 197 sq. — 6) Redit Plat. fr. 174[21] Menandr. 462[11] Machon. apud Athen. 563 c; vid. etiam Ach. 1221. — 7) Soph. El. 673.

DUX MULIERUM.
ἰὼ Ζεῦ!

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

τί Ζῆν' ἀυτεῖς; ταῦτα δ' οὖν οὕτως ἔχει.
ἐγὼ μὲν οὖν αὐτὰς ἀποσχεῖν οὐκέτι
οἵα τ' ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν· διαδιδράσκουσι γάρ.
τὴν μέν γε πρώτην διαλέγουσαν τὴν ὀπὴν
κατέλαβον, ᾗ τοῦ Πανός ἐστι ταὐλίον·
τὴν δ' ἐκ τροχιλείας αὖ κατειλυσπωμένην·
τὴν δ' αὐτομολοῦσαν· τὴν δ' ἐπὶ στρούθου μίαν

---

719. *διαδιδράσκουσι Γ*] *ἀποδ.* R (cf. vs. 774).

722. *δ' ἐκ τρ. αὖ*] *δέ γ' ἀπὸ τρ.* Bachmann. || *τροχιλείας*] *τροχιλίας Γ*, *τροχειλίας* R, quae licet vitiosa sit lectio, — nam brevis est *-χι-* syllaba, — veri tamen videtur servare vestigium (*τροχιλίας* with *ε* written above). Paenultimam scribendam esse *-λει-* docent lapides. || *κατειλυσπωμένην* R] *-ιλ- Γ*.

---

717. *τί Ζῆν' ἀυτεῖς;*] cf. chorus satyrorum Polyphemum interrogans: *τί χρῆμ' ἀυτεῖς, ὦ Κύκλωψ;* [1]).

719. *οἵα τε*] omissum est *εἰμί*, ut Eq. 343; vid. etiam supra vs. 565.

720 sq. *Orificium* rimae per rupis interiora ad *Panis specum* in arcis latere septentrionali [2]) tendentis sed mortalibus non perviae muliercula digitis *diducere* [3]) conata est. — De hoc loco videantur quae in Prolegomenis disputavi (p. X sq.). Voce *αὐλίῳ* saepius designatur antrum Philoctetis Sophoclei [4]).

722. *Altera in eo erat ut trochlea de rupe se demitteret.* Dicebatur *τροχιλεία* sive *trochlea* machina qua pondera tolluntur vel demittuntur [5]); quam unde habuerit femina impotenter furens nemo rogabit. Nomen a voce *τροχίλῳ* [6]) ductum apte significat rudentem per orbiculum pluresve orbiculos currentem. Rari verbi *κατειλυσπᾶσθαι* simplex legitur apud Platonem, ubi animalia reptilia dicuntur *ἄποδα καὶ εἰλυσπώμενα ἐπὶ γῆς* [7]). Inesse *εἱλεῖν* (*volvere*, Hom. *Ϝέλλειν*) et *σπᾶσθαι* iure statuisse videtur Eratosthenes, perperam alii ad vocem *ἰλύν* referebant; *καταρτωμένην* nostro loco interpretabatur Lycophron [8]).

723—725. *Aliam cum ipsa Propylaeorum porta reserata ad hostes transfugere vellet vix prohibui; fuit etiam quam passeris dorso insidentem et ad aedes Orsilochi iamiam devolaturam crinibus retraxi* [9]). — Ludicra *στρούθου* mentio; non enim mortales — ut Venerem — *ἆγον ὤκεες στροῦθοι ἀπ' ὠράνω αἴθερος διὰ μέσσω* [10]), illas autem *στρούθους* quibus inequitari poterat, *τὰς μεγάλας* [11]), Africa habebat, non arx Atheniensium.

723. *μίαν*] epexegetice additur, vid. ad Av. 1292.

---

[1]) Eur. Cycl. 669. — [2]) Cf. Herodot. VI 105. Commemoratur etiam infra vs. 811, ubi vid. — [3]) Cf. Vesp. 350 (?) et *διαλέγειν seligere* Herodot. VIII 107, 113. — [4]) Vid. Soph. Phil. 19, 954, 1087, 1134. — [5]) *Katrol, windas.* Vid. Archipp. fr. 33 Plat. Rep. 397 *a* Dittenb. Syll.² 587²⁰⁵ etc. — [6]) Vid. ad Av. 79. — [7]) Plat. Tim. 92 *a*; cf. Aristot. Hist. An. I 1. — [8]) Vid. schol., Phot. s. v. *ἰλυσπῶντες*, Hesych. s. v. *κατειλυσπωμένην*. — [9]) Nos: *en ik heb er al een ... bij de haren teruggetrokken.* — [10]) Sapph. 1, 9 sqq. — [11]) Vid. ad Av. 8 4.

ἤδη πέτεσθαι διανοουμένην κάτω
εἰς Ὀρσιλόχου χθὲς τῶν τριχῶν ἀνέσπασα.
πάσας τε προφάσεις ὥστ᾽ ἀπελθεῖν οἴκαδε
ἕλκουσιν.

(Prodit mulier.)

ἡδὶ γοῦν τις αὐτῶν ἔρχεται.
αὕτη σύ, ποῖ θεῖς;

SCENA DECIMA QUARTA.

Eaedem, Mulier I.

ΓΥΝΗ Α.

οἴκαδ᾽ ἐλθεῖν βούλομαι.
οἴκοι γάρ ἐστιν ἔριά μοι Μιλήσια,

---

725. *χθὲς*] *τρὶς* Meineke infeliciter et sine causa; vid. comment. || *ἀνέσπασα* Meineke] *κατέσπασα* R *Γ*, quod *deorsum trahere* significat (Antiphan. fr. 86), vel *deglutire, devorare* (Ran. 576 etc.). Cf. Plut. 691.

727. *ἕλκουσιν*] *πλέκουσιν* Wakefield; vid. comment. || *ἡδὶ*] *ἤδη* R *Γ*.

729. Virgulam in versus exitu omittere non licet, non enim recte coniunxerit quispiam *ἐστι ... καταχαπτόμενα* ita ut id quod *καταχάπτεται* valeant (vid. ad Av. 962).

---

725. Fuit igitur *Orsilochus* — qui aliunde non est cognitus [1]) — adulter et mulierosus, *τέχνην ταύτην ἔχων*, ut Eratosthenes ille, quem e Lysia novimus.

— *χθὲς*] sextus nunc est dies ex quo mulieres arcem occuparunt [2]). Qualis licet nihil insoliti habeat temporis ratio in scena comica [3]), in hac tamen fabula minus est commoda, quoniam neque parabasi neque canticis ab argumento alienis diremtae sunt res quae aguntur, sed uno tenore hactenus omnia decurrisse dixerit quispiam. Sed dandum hoc poetae.

— *τῶν τριχῶν ἀνέσπασα*] cf. loci tragicorum, ubi heroinae *τῆς κόμης ἐπισπῶνται* sive *corripiuntur* [4]).

726 sq. *πάσας ... προφάσεις ... ἕλκουσιν*] *quaslibet* [5]) *causas trahunt*. Item apud Herodotum: *cum Leotychides obsides ab Atheniensibus reposceret, hi προφάσις εἷλκον οὐ βουλόμενοι ἀποδοῦναι* [6]). Frequentius eo sensu usurpatur *πλέκειν*, *causas nectere, interserere* [7]), fortius autem est *ἕλκειν*, *longius* enim *petitas*, *πάσῃ τέχνῃ καὶ μηχανῇ* undecunque *protractas* esse illas causas significat.

727. *Vide modo: ecce una ex iis.* Idem demonstrativi et voculae *γοῦν* est usus Nub. 1099.

728. *αὕτη σύ, ποῖ θεῖς;*] vid. ad Vesp. 1.

729. *Μιλήσια*] *pretiosa*. Vid. ad Ran. 542.

---

[1]) Quae praebent scholia: „*Ὁ. πορνοβοσκὸς καὶ μοιχός, καὶ ἐπὶ θηλύτητι κωμῳδεῖται*" quin ex nostro loco fluxerint vix dubito; poetae verbis solum *μοιχός* convenit. — [2]) Vid. vs. 881. — [3]) Cf. Nub. 1181 sqq. vel Plut. 627 sqq. vel Amphitheum dum comitia habentur Spartam abeuntem et inde redeuntem Ach. 130—175. — [4]) Aesch. Suppl. 905 (*ἀπο-* cod.; correxit Pierson) Eur. Andr. 710 Troad. 882 Hel. 116. — [5]) De hoc pronominis *παντός* usu vid. ad vs. 543 et ad Ran. 302. — [6]) Herodot. VI 86. — [7]) Cf. Vesp. 644 Aesch. Choeph. 220 Verg. Aen. IX 219 etc. et de voce *προφάσει* vid. ad Nub. 55.

ὑπὸ τῶν σέων κατακαπτόμενα.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ποίων σέων;

οὐκ εἶ πάλιν;

ΓΥΝΗ Α.

ἀλλ' ἥξω ταχέως, νὴ τὼ θεώ,

ὅσον διαπετάσασ' ἐπὶ τῆς κλίνης μόνον.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

μὴ διαπετάννυ, μηδ' ἀπέλθῃς μηδαμῇ.

ΓΥΝΗ Α.

ἀλλ' ἐῶ ἀπολέσθαι τἄρι';

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ἢν τούτου δέῃ.

(Prodit mulier altera.)

SCENA DECIMA QUINTA.

Eaedem, Mulier II.

ΓΥΝΗ Β.

τάλαιν' ἐγώ, τάλαινα τῆς ἀμόργιδος,

---

730. *κατακαπτόμενα* Brunck] *κατακοπτόμενα* R, *κατασκοπτόμενα* Γ; veri vestigium cernitur Et. M. p. 709 extr., ubi extat *κατακαμπτόμενος*.
733. *διαπετάννυ(')* Γ] *-ννυε* R.

---

730. *Quae a tineis iam devorantur.* Similis verborum structura est in Avibus: *ὡς ἔστι Βάκιδος χρησμός, ἄντικρυς λέγων | εἰς τὰς Νεφελοκοκκυγίας* [1]). — Atticum animalculorum nomen *οἱ σῆς, τῶν σέων*, hoc uno loco [2]) extat; *σής* dicitur nominativus sing. in verbis Pindari: *Διὸς παῖς ὁ χρυσός· | κεῖνον οὐ σὴς οὐδὲ κὶς δάπτει* [3]), pluralis *σῆτες* est in Menandri trimetro: *τὸ δ' ἱμάτιον οἱ σῆτες (λυμαίνονται), ἡ δὲ θρὶψ ξύλον* [4]). De verbo *-κάπτειν* vid. ad Ran. 1073.

— *ποίων σέων;*] vid. ad Ran. 529.

731. *νὴ τὼ θεώ*] vid. ad Ach. 905.

732. *Pandere* vult lanam ad solem, cuius radiis perimantur si qui insint vermiculi. Quod remedium simplex et efficacissimum etiam hodie bene notum habent matres familias. De locutione *ὅσον ... μόνον tantummodo* vid. ad Nub. 434; *ἐρίοισιν πεπταμένοισιν* Strepsiades assimulat nubes [5]). De *κλίνης* mentione vid. supra vs. 575.

734. *ἢν τούτου δέῃ*] cf. Plut. 248.

735 sq. Domi reliquisse se linum nondum repurgatum [6]) queritur haec mu-

---

[1]) Av. 962 sq. — [2]) Etiam Hermippo tribuitur genitivus *σέων* (apud Photium s. v.), Hermipp. fr. 94. — [3]) Pind. fr. 207. — [4]) Menandr. fr. 540[5]. — [5]) Nub. 343. — [6]) *Ongebraakt vlas.*

ἣν ἄλοπον οἴκοι καταλέλοιφ'!

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

αὕτη ἑτέρα
ἐπὶ τὴν ἄμοργιν τὴν ἄλοπον ἐξέρχεται.
χώρει πάλιν δεῦρ'.

ΓΥΝΗ Β.

ἀλλά, νὴ τὴν Φωσφόρον,
ἔγωγ' ἀποδείρασ' αὐτίκα μάλ' ἀνέρχομαι.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

μή, μὴ ἀποδείρῃς· ἢν γὰρ ἄρξῃς τουτουΐ,
ἑτέρα γυνὴ ταὐτὸν ποιεῖν βουλήσεται.

(Prodit mulier tertia.)

---

736. *καταλέλοιφ'*] vid. ad Nub. 214.

739. *ἔγωγ' Γ*] *ἐγὼ δ'* R. || *ἀνέρχομαι* Brunck] *ἀπέρχομαι* R Γ.

740. *ἄρξῃς* Cobet] *ἄρξῃ* R Γ; cf. vs. 998 Pac. 436, 605 Av. 1596. || *τουτουΐ* Bentley] *τούτου σύ* R, *τοῦτο* Γ; vitiose Reisig *τοῦδε σύ*, nam alienum hinc pronomen *ὅδε*.

---

liercula; *ἄμοργις* est materies, unde fiebant *τὰ ἀμόργινα* vestimenta, de quibus vid. supra [1]); *ἄλοπον* adiectivum scholion recte explicat *ἀλέπιστον καὶ ἀκάθαρτον*, sic enim dicuntur nunc lini caules *οὔπω (ἀπο)λελεμμέναι*, quibus cutis nondum est ablata [2]). Videmus ipsas mulieres, ut vellera ab ovibus recentia, sic lina ex agro modo evulsa parasse priusquam fila inde ducerent.

737. Ridens Lysistrata ipsa mulieris verba iterat.

738. *νὴ τὴν Φωσφόρον*] cf. vs. 443.

739. *ἀποδείρασα*] *ut primum cecidero linum*, quo disiungantur fibrae; quod nisi suo tempore fit, putrescit linum, — humectatum enim est prius, — aut exsiccatum durescit. Cf. verbum *ῥαβδίζειν* supra de verberanda lana dictum [3]), frequens autem est verbi *δέρειν* (*ἐκδέρειν*, *ἀποδέρειν*) usus sensu *virgis caedendi*: *ὁ μὴ δαρεὶς ἄνθρωπος οὐ παιδεύεται* [4]).

— *ἀνέρχομαι*] praesens ut vs. 935.

740. „*Absit!*" clamat Lysistrata, quam terret verbi *ἀποδεῖραι* sensus ambiguus; nam etiam *in venerem incitare* id significat [5]).

— *ἢν γὰρ ἄρξῃς τουτουΐ*] *huiusce enim rei si exemplum dederis*. Non desiderari pronomen *σύ*, quod propter *ἑτέρας* oppositionem fuere qui requirerent, docet comparatus Equitum locus 276 sq. [6]), et ipso aurium iudicio probatur; nam in pronominis demonstrativi cum vi prolati veluti umbra abditur personale [7]).

---

[1]) Vs. 150 sq.; nostro autem loco male intellecto Pollux VII 74: *ὁ δὲ ἀμόργινος χιτὼν καὶ ἄμοργις ἐκαλεῖτο*. — [2]) Proprie: *ongepeld*. Cf. *λέμμα, ἀπολέπειν, ἐκλέπειν* Av. 673, 674, 1108; simplex Hom. *Α* 236 Eupol. fr. 255 etc. — [3]) Vs. 576, 587. — [4]) Cf. Eq. 370 Vesp. 450, 1286. — [5]) Sic infra vs. 953. — [6]) Contulit Sobolewski. — [7]) Item nos: *als ge* (non: *gíj*) *dáármee begint . . .!*

SCENA DECIMA SEXTA.

Eaedem, Mulier III.

ΓΥΝΗ Γ.

ὦ πότνι' Εἰλείθυι', ἐπίσχες τοῦ τόκου
ἕως ἂν εἰς ὅσιον μόλω ἐγὼ χωρίον!

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

τί ταῦτα ληρεῖς;

ΓΥΝΗ Γ.

αὐτίκα μάλα τέξομαι.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ἀλλ' οὐκ ἐκύεις σύ γ' ἐχθές.

ΓΥΝΗ Γ.

ἀλλὰ τήμερον.
ἀλλ' οἴκαδέ μ' ὡς τὴν μαῖαν, ὦ Λυσιστράτη,
ἀπάπεμψον ὡς τάχιστα.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

τίνα λόγον λέγεις;

(Contrectat eius corpus.)

τί τοῦτ' ἔχεις τὸ σκληρόν;

---

742. *ἐπίσχες*] *ἐπ-ίσχε* Meineke.
743. *μόλω ἐγὼ*] *ἐγὼ ἔλθω* dubitanter Blaydes, quod comicae dictionis non sit *μολεῖν*. At tragica dictione hanc mulierem uti etiam *πότνια* testatur.

---

742 sq. Clamor: *ὦ πότνι' Εἰλείθυια*, qui etiam in Ecclesiazusis occurrit [1]), prisci sermonis indolem servat; producitur enim *ποτν-* syllaba. Augae, quae *ἐν Ἀθηνᾶς ἱερῷ ἔτεκεν* [2]), aliusve heroinae tragicae verbis uti hanc feminam, docet etiam aoristus a vita quotidiana alienus *μολεῖν*. De imperativo *ἐπίσχες* vid. ad Ran. 522; *ὅσιος* nunc dicitur locus *profanus*, *μὴ ἱερός*, *ubi parere non sit nefas*. Sic inter se opponi solebant *ὅσιος* et *ἱερός* [3]).

744 sq. Non minus ludicre in Thesmophoriazusis Euripidis socius, qui feminam esse se perhibuit, suis mendaciis irretitus haeret; nam postquam novem liberorum matrem et mox virginem se dixit, una e mulieribus: „*tune virgo?*" retorquet: „*τότε δὲ μήτηρ ἦσθα παίδων ἐννέα!*" [4]).

747. *τίνα λόγον λέγεις;*] *quam mihi narras fabulam?* De hac locutione vid. ad Vesp. 1320 Ach. 177.

---

[1]) Eccl. 369; etiamne Philemon. fr. 67²? — [2]) Vid. Eur. fr. 268 et ad Ran. 1080. — [3]) Vid. Lys. XXX § 25 Isocr. VII § 66 Dem. XXIII § 65 XXIV § 9 XXXIX § 35 [Arist.] Rep. Ath. 43 § 6 Ruhnken. ad Tim. s. v. *ὅσια*, etc. — [4]) Thesm. 637—642.

ΓΥΝΗ Γ.

ἄρρεν παιδίον.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

μὰ τὴν Ἀφροδίτην οὐ σύ γ', ἀλλ' ἢ χαλκίον
ἔχειν τι φαίνει κοῖλον. εἴσομαι δ' ἐγώ.

(E veste mulieris ingentem galeam protrahit.)

ὦ καταγέλαστ', ἔχουσα τὴν ἱερὰν κυνῆν
κυεῖν ἔφασκες;

ΓΥΝΗ Γ.

καὶ κυῶ γε, νὴ Δία.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

τί δῆτα ταύτην εἶχες;

ΓΥΝΗ Γ.

ἵνα, μ' εἰ καταλάβοι
ὁ τόκος ἔτ' ἐν πόλει, τέκοιμ' εἰς τὴν κυνῆν
εἰσβᾶσα ταύτην, ὥσπερ αἱ περιστεραί.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

τί λέγεις; προφασίζει· περιφανῆ τὰ πράγματα.
οὐ τἀμφιδρόμια τῆς . . . κυνῆς αὐτοῦ μενεῖς;

---

749. ἀλλ' ἢ Γ] ἀλλὰ R.
750. δ' ἐγώ] τάχα (ut vs. 1114 alibi) vel εἴσομ' αὐτίκα (ut Av. 58) mavult Blaydes; cf. Vesp. 1224.
753. εἶχες Γ] ἔχεις R.
754. ἔτ' ἐν] ἔτ' ἐν τῇ Γ, ἐν R.
756. προφ. R] τί προφ. Γ.
757. οὐ τἀμφιδρόμια Bentley] οὔτ' ἀμφ. R, οὐδ' ἀμφ. Γ, Bergk σὺ δὲ τἀμφ. ‖ τῆς κυνῆς] τοῦ βρέφους vHerwerden.

---

749. ἀλλ' ἢ] vid. ad Ran. 928.
751. καταγέλαστε] vid. ad vs. 56.
751 sq. κυνῆν | κυεῖν] verba sono similia ludendi praebent materiem. — *Galea* pro *scaphio* est huic mulieri; contra Plautinus quidam adolescens abominatur „*palaestram, ubi pro galea sit scaphium* [1])", meretriculae dicens domum [2]).
752. καὶ . . . γε] vid. ad Ran. 49.

753—755. Galea sub veste abdita mulier simulabat corporis tumorem: nunc, postquam detecta est fraus, alium eius usum fingit.
753. εἶχες] de impf. vid. ad Nub. 57. — με] de pron. loco vid. ad Av. 95.
754 et 758. ἐν πόλει] vid. ad Nub. 69.
756. τὰ πράγματα] cf. Ach. 1141 sq.
757. *Hic mane, donec lustrata et sublata*

---

[1]) Vid. Thesm. 633. — [2]) Plaut. Bacch. I 1, 37.

ΓΥΝΗ Γ.

ἀλλ' οὐ δύναμαι ἔγωγ' οὐδὲ κοιμᾶσθαι ἐν πόλει,
ἐξ οὗ τὸν ὄφιν εἶδον τὸν οἰκουρόν ποτε.

ΓΥΝΗ Α.

ἐγὼ δ' ὑπὸ τῶν γλαυκῶν τάλαιν' ἀπόλλυμαι
ταῖς ἀγρυπνίαισι κικκαβιζουσῶν ἀεί.

---

758 sq. Mulieri 3ae dedit Dobree; 4ae cuidam tribuerat Brunck; *ἄλλη* R.

758. *δύναμαι*] *δύναμ'* R (prius scripserat *δύναμαί*). || *ἔγωγ'* R] *γ' ἔγωγ'* Γ, *ἀλλ' οὐδὲ δύναμ' ἔγωγε κ. ἐν π.* Elmsley.

759. *ποτε*] malim **τότε* (vid. e. g. Av. 24 et ad Plut. 834).

760 sq. Primae (vel secundae) mulieris haec esse vidit Beer, 5ae cuidam tribuebat Brunck; *ἄλλη* R.

760. *τάλαιν'* Bentley] *γε τάλαιν'* R Γ.

761. *κικκαβαζουσῶν* Dobree (coll. Av. 261)] *κακκαβιζουσῶν* R, *κακκαβαζουσῶν* Γ, *κικκαβιζουσῶν* Phot.; turbas dedit vitiosa lectio, quam praebet Γ, non recte emendata, cum in locum alienum irrepsisset littera iota, quae fuerat superscripta (*κακκαβαζουσῶν* with superscript ι) vel adscripta.

---

fuerit ista ... galea. Iocans de galea, quam sub feminae veste protraxit, loquitur nunc ut de infante. Nempe aliquot diebus *μετὰ τὸν τόκον* [1]) *τὰ ἀμφιδρόμια ἐν κύκλῳ περιθρεκτέον ἦν* propinquis, *σκοπουμένοις μὴ λάθοι οὐκ ἄξιον ὂν τροφῆς*, ut Socratis verbis utar [2]). Circa focum domesticum tunc ferebatur infans, simul autem lustrabantur feminae quae puerperae adfuerant, propinqui dona mittebant vel afferebant, laetumque convivium obibant [3]).

758 sq. Quoniam *αὕτη ἡ μήρινθος οὐδὲν ἔσπασεν* [4]), novam statim causam comminiscitur puerpera: *at praeterea dormire in arce nequeo.*

759. Serpens arcis custos, quem Minervae clipeo acclinem ostendebat signum eburneum a Phidia elaboratum, Erechtheum habitare ferebatur [5]). Huic singulis noviluniis offerebatur *μελιτοῦττα* [6]). Xerxe autem appropinquante cum non absumtam hanc esse nuntiasset sacerdos, hinc cives effecerunt ipsam Minervam suam urbem dereliquisse [7]). Quod referens Herodotus iis verbis utitur, unde luculenter appareat ipsi minime persuasum fuisse anguem in arcis penetralibus vivere. Neque Aristophanis aequales id serio credebant, sed *daemonem* hoc nomine coli [8]), non verum draconem esse cogitandum, sentiebant; quapropter egregie ridicula iis videri debuit muliercula vidisse eum se perhibens. Quam aut lacertam aliquam pro dracone habuisse aut fictam omnino causam nunc interponere spectatores probe intellexerunt.

---

1) Quinto die sec. Suidam s. v., decimo (quo nomen infantibus dabatur, Av. 922) sec. schol. h. l. — 2) Plat. Theaet. 160 *e*. — 3) Cf. Eubul. fr. 150. — 4) Ut loquitur anus Thesm. 928. — 5) Sic *Χρύσης φύλαξ ... κρύφιος οἰκουρῶν ὄφις* commemoratur Soph. Phil. 1327. — 6) Vid. ad Plut. 676 sq. — 7) Herodot. VIII 41 (cf. Plut. Themist. 10). — 8) Modo Erichthonium, modo Erechtheum vel etiam Cecropem dictum. „Ein Erdgeist ... in Schlangengestalt" (OGruppe Mythologie p. 27, 1).

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ὦ δαιμόνιαι, παύσασθε τῶν τερατευμάτων.
ποθεῖτ' ἴσως τοὺς ἄνδρας· ἡμᾶς δ' οὐ ποθεῖν
οἴεσθ' ἐκείνους; ἀργαλέας γ' εὖ οἶδ' ὅτι
ἄγουσι νύκτας. ἀλλ' ἀνάσχεσθ', ὦ ἀγαθαί,
καὶ προσταλαιπωρήσατ' ἔτ' ὀλίγον χρόνον·
ὡς χρησμὸς ἡμῖν ἐστιν ἐπικρατεῖν, ἐὰν
μὴ στασιάσωμεν. ἔστι δ' ὁ χρησμὸς οὑτοσί.

(Ostendit volumen.)

ΓΥΝΗ Α.

λέγ' αὐτὸν ἡμῖν ὅ τι λέγει.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

σιγᾶτε δή.

(E volumine suo recitans:)

„ἀλλ' ὁπόταν πτήξωσι χελιδόνες εἰς ἕνα χῶρον,
„τοὺς ἔποπας φεύγουσαι, ἀπόσχωνταί τε φαλήτων,

---

762. *τερατευμάτων*] identidem dubito an verum sit **τερετισμάτων* (= *ᾠδῶν ἀπατηλῶν*, vid. Hesych. s. v. et Poll. IV 55).
763 sq. *ποθεῖν* | *οἴεσθ'* Blaydes] *οἴει* | *ποθεῖν* R *Γ*.
764. *ἀργαλέας γ'* Dobree] *γ'. ἀργαλέας τ'* R, *ἀργαλέας Γ*. ‖ *εὖ*] *εὖ δ'* R.
766. *-σατ' ἔτ' Γ*] *-σατέ γε* R (cf. vs. 509).
768. *στασιάσωμεν Γ*] *στασιῶμεν* R, Blaydes *στασιάσητ'· ἔστιν* (coll. Av. 1029), metri causa.

---

762. *τερατευμάτων*] vid. ad Ran. 834.
763 sq. Orationis similis color est Ach. 555 (ubi vid.) et Nub. 1415. Irridentis est particula *ἴσως* in re certa atque aperta [1]). De duplicis autem accusativi *ἡμᾶς ... ἐκείνους* structura vid. ad Vesp. 429.
764 sq. *ἀργαλέας ... ἄγουσι νύκτας*] cf. Electrae Sophocleae verba: *ἔπειτα ποίας ἡμέρας δοκεῖς μ' ἄγειν;* [2]).
765 sq. *ἀνάσχεσθε ... καὶ προσταλαιπωρήσατε*] *perferte* [3]) *et obdurate* [4]).

767 sqq. In transitu — et ita ut etiam omitti potuerit — comicus oraculum adhibet lepide fictum. Cui artificio multo maiorem curam impendit alibi [5]).
767. *ἐπικρατεῖν*] de praesentis temporis hoc usu vid. ad Eq. 127.
768. *Est autem quod dico oraculum in isto quod videtis volumine.*
770 sq. Procnae eiusque sorori Terei furorem fugientibus assimulantur mulieres [6]). De particulis *ἀλλ' ὁπόταν* vid. ad Eq. 197.

---

[1]) Cf. Plut. 1080. — [2]) Soph. El. 266. — [3]) Cf. Ach. 297 sq. — [4]) Cf. vs. 1220. — [5]) Praesertim in Equitibus; vid. etiam Vesp. 160 Pac. 1063 sqq. Av. 960 sqq. — [6]) Vid. Excursus in fine editionis Avium. Praeterea *χελιδόνας* nunc dici pudenda muliebria arbitratur Platt coll. novo Iuvenalis fragmento: *barbata chelidon* et Poll. II 174.

„παῦλα κακῶν ἔσται, τὰ δ' ὑπέρτερα νέρτερα θήσει
„Ζεὺς ὑψιβρεμέτης.“

ΓΥΝΗ Α.

ἐπάνω κατακεισόμεθ' ἡμεῖς;

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

„ἢν δὲ διαστῶσιν καὶ ἀνάπτωνται πτερύγεσσιν
„ἐξ ἱεροῦ ναοῖο χελιδόνες, οὐκέτι δόξει
„ὄρνεον οὐδ' ὁτιοῦν καταπυγωνέστερον εἶναι.“

ΓΥΝΗ Α.

σαφής γ' ὁ χρησμός, νὴ Δί'.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ὦ πάντες θεοί,
μή νυν ἀπείπωμεν ταλαιπωρούμεναι,
ἀλλ' εἰσίωμεν. καὶ γὰρ αἰσχρὸν τουτογί,
ὦ φίλταται, τὸν χρησμὸν εἰ προδώσομεν.

(Arcem omnes intrant.)

SCENA DECIMA SEPTIMA.

Senes, Mulieres.

Stropha (vs. 781—804).

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

μῦθον βούλομαι λέξαι τιν' ὑμῖν, ὅν ποτ' ἤκουσ'

---

774. διαστῶσιν Γ] δ' ἀποστῶσιν R (cf. vs. 719).
776. οὐδ' Γ] οὐθ' R.
777a. Primae Mulieri dedit Enger, vs. 777b—780 Lysistratae Beer; vs. 777—780 totos choro tribuunt R Γ.
777. γ' Γ] om. R.

---

772. Theognis ad convivas: ἀλλ' ὁπόταν καθύπερθεν ἐόνθ' ὑπένερθε γένηται, | τουτάκις οἰκάδ' ἴμεν παυσάμενοι πόσιος [1]).

776. καταπυγωνέστερον] epica libertate usus [2]) comicus produxit syllabam mediam huius comparativi. Praeclare autem — id est perridicule — gravis et sonora haec vox claudit vaticinium. Sic in Acharnensibus dux chori perorans verbis Euripideis subiungit ultimum de suo λακαταπύγων [3]).

779. τουτογί] vid. ad Ran. 965.

---

[1]) Theogn. 843 sq.; nostrum locum non male sic reddideris: *dan zal Zeus de onderliggende partij boven brengen.* — [2]) Vid. Enchirid. dict. ep. § 20. — [3]) Ach. 664. Praeterea vid. supra vs. 137.

αὐτὸς ἔτι παῖς ὤν.
οὕτως ἦν ποτε νέος Μελανίων τις,
ὃς φεύγων γάμον ἀφίκετ' ἐς ἐρημίαν,
καὶ ἐν τοῖς ὄρεσιν ᾤκει·
κᾆτ' ἐλαγοθήρει
πλεξάμενος ἄρκυς,
καὶ κύνα τιν' εἶχεν,
κοὐκέτι κατῆλθε πάλιν οἴκαδ' ὑπὸ μίσους.
οὕτω τὰς γυναῖκας ἐβδελύχθη ἐ-
κεῖνος· ἡμεῖς δ' οὐδὲν ἧττον
τοῦ Μελανίωνος οἱ σώφρονες.

UNUS E SENIBUS.

βούλομαί σε, γραῦ, κύσαι —

UNA E MULIERIBUS.

κρομμύων ἄρ' οὐκ ἔδει.

---

785. οὕτως] recte cum sequentibus iunxit Iunt.; vid. comment. || ποτε νέος GHermann] νεανίσκος R Γ. || Μελανίων Suid.] Μειλανίων R Γ, item vs. 785, 807.
788. ᾤκει R] ἐνῴκει Γ.
791. Del. Weise, in antistropha nihil deesse ratus (vid. ad vs. 812).
795. δ' Γ] τ' R.
797 sq. Appinxit R πρ/ (πρόβουλος) et μῖ τ̂ γυν (μία τῶν γυναικῶν).
798. κρομμύων schol.] κρόμ(μ)υον R Γ. Insolitus est singularis neque huic loco

---

785 sqq. *Melanion* a Chirone artem venandi edoctus in Arcadiae silvis degit potissimum [1]), alter Hippolytus mulieres aspernatus. — Quod autem Atalantam in matrimonium accepit cursu victam et Parthenopaeum ex ea genuit [2]), ea fabula huc non pertinet: qui feminas terrestres cultumque mortalium spreverat, hunc dea — nam vera dea primitus fuit Atalanta — dignata cubili est. Sic Hippolytus vitabat feminas, at idem Dianam colebat et sequebatur. Atalantae autem maritum alii non Melanionem faciebant sed Hippomenem.

785. οὕτως ἦν ... τις] sic exordiebatur nutrix puerulo olim fabellam narrans. Quod genus loquendi iocose imitatur Socrates cum Phaedro colloquens: „ἦν οὕτω δή" — ait — „παῖς" quaeque illic sequuntur [3]). Cf. Vesp. 1182.

794. ἐβδελύχθη] vid. ad Ach. 586.

797. Doctrinam vinci natura lepide testatur hic senex ita perosus feminas ut etiam osculari pervelit.

798. *Satius erat igitur non edisse allia* [4]). Haec enim saviis inimica [5]). Aliter scholiasta: *ergo etiam sine alliis lacrimas fundes.*

---

[1]) Xenoph. Venat. 1 § 2 et 7. — [2]) Hellanicus in schol. Eur. Phoen. 150, Apollodor. III 9, 2 § 6—9 Propert. I 1, 9 sqq. — [3]) Plat. Phaedr. 237 *b*. — [4]) Cum Blaydesio ἔδει interpretor imperfectum verbi impersonalis, non futurum *edes*. — [5]) Cf. Thesm. 494—496 Xen. Conv. 4 § 8 Horat. Epod. 3.

ΓΕΡΩΝ.

καὶ ἀνατείνας λακτίσαι.

(Pede ei minatur.)

ΓΥΝΗ.

τὴν λόχμην πολλὴν φορεῖς.

ΓΕΡΩΝ.

καὶ Μυρωνίδης γὰρ ἦν
τραχὺς ἐντεῦθεν μελάμπυ-
γός τε τοῖς ἐχθροῖς ἅπασιν,
ὣς δὲ καὶ Φορμίων.

---

aptus. || ἄρ' Bentley] τἄρ' *Γ*, γὰρ R. Codicis *Γ* lectionem si quis probat, — neque praefracte negarim sanam esse, — vertat: *ergo allia non edes* (et sic aliquando assequeris fortasse id quod iam tibi denego).

799. ἀνατείνας] in R *Γ* sequitur τὸ σκέλος, quod del. Bentley; emblematis originem indicat schol. R („τὸ σκέλος ἢ τὸ αἰδοῖον").

---

799. *Et sublato crure conculcare.* Ad ἀνατείνας mente supplendum est: τὸ (ἕτερον) σκέλος, qua voce mox utitur mulier senis verba imitata [1]). Cf. ἆραι (ἐπ-, ἀντάραι), ξυνάψαι, similia omisso obiecto adhibita [2]). In minas abit sermo senis, cuius initium etiam amatorii aliquid habebat; nempe stomachatur mulieri oscula aversatae.

800. „O bone, vestis corpus tegat sine, nam parum decora sunt quae sic renudas; nihil autem istae minae me terrent". Aliter verba mulieris interpretatur scholiasta: „οἷον τιλθήσῃ", *ut vellicaberis!* — De verbo φορεῖν vid. ad Eq. 757.

801—804. „Niger sum? tu igitur cave τὸν μελάμπυγον, ut olim Cercopes [3]). Niger Alcides erat, nigri Myronides et Phormio terrorem incussere hostibus." — *Myronidis* τοῦ γεννάδα, cuius recordatur nunc senex, etiam in Ecclesiazusis fit mentio [4]). Anno 479 legatus fuit, mox ad Plataeas strategus pugnavit [5]), anno autem 459 ad Megara et biennio post ad Oenophyta vicit, doin Boeotiam invasit [6]). Quibus pugnis quominus choreutae interfuisse fingantur nihil obstat [7]). Etiam *Phormionis* illius iis redit in memoriam, qui hostium classes tantas esse posse negabat quin impetus in eas extemplo esset faciendus [8]).

802. ἐντεῦθεν] *ab ea quam indicas corporis parte* [9]).

— μελάμπυγος] id quod *strenuum, validum* etiam apud Eubulum significat [10]). Contrarium λευκόπυγον = *mollem* habet Alexis [11]).

---

[1]) Vs. 823. — [2]) Vid. ad Eq. 1130. — [3]) Vid. Zenob. V 10 Herodot. VII 216. — [4]) Eccl. 303. Cum mortuo Pericle colloquentem introduxit Eupolis in Demis, fr. 98. — [5]) Vid. Plut. Aristid. 20. — [6]) Vid. Thucyd. I 108 § 2 sq. IV 95 § 3. — [7]) Ceterum vid. ad vs. 272 de temporum ratione. — [8]) Thucyd. II 88 § 2; praeterea vid. ad Eq. 562. — [9]) Item supra vs. 92. — [10]) Eubul. fr. 61; cf. etiam Thesm. 31. — [11]) Alex. fr. 321 (Herod. Mimiamb. VII 12?); vid. etiam Ach. 119 Lycophr. Alex. 91.

Antistropha (vs. 805—828).

DUX MULIERUM.

καὶ ἐγὼ βούλομαι μῦθόν τιν' ὑμῖν ἀντιλέξαι
τῷ Μελανίωνι.
Τίμων ἦν τις ἀΐδρυτος, ἀβάτοισι
σκώλοισίν τε τὰ πρόσωπα περιειργμένος,
Ἐρινύος ἀπορρώξ.

807. *ἦν τις ἀίδρυτος Γ*] *τις ἦν ἀΐδρυτος* R, *ἦν ἀ. τις* Bentley.
809 sq. *ἀβάτοισι* | *σκώλοισίν τε τὰ πρόσωπα* GHermann] *ἀβάτοισιν εὐσκώλοισι τὸ πρόσωπον* R *Γ*. ‖ *περιειργμένος* R] *περιειργασμένος Γ*.
811. *Ἐρινύος* GHermann] *-νύων* R *Γ*.

805 sq. „Mulieres oderat iste Melanion? At ego novi qui viros, non feminas, perosus in nemora confugit."

806. *τῷ Μελανίωνι*] *isti tuo Melanioni*. Breviter sic dicitur pro: *τῷ σῷ περὶ τοῦ Μελανίωνος μύθῳ*. De quo articuli vel possessivi usu vid. ad Av. 893. — Errabat qui in scholiis scripsit: *σοὶ τῷ γέροντι*. Cuiusmodi explicationi ut locus esset, pluralis certe *τοῖς Μελανίωσι* (= *τοῖς μελαμπύγοις*) esset scribendus.

807—820. Iocans mulier de *Timone* cive Atheniensi, hoc tempore ob generis humani odium famoso [1]), ita loquitur ut de homine e priscis tantum fabellis et nutricularum naeniis cognito.

809—811. Exquisitioribus verbis utitur mulier, poetarum fortasse locum aliquem imitata. Sic Orestes Euripideus: „*cum Athenis calculo Minervae essem absolutus, pars Furiarum stetit illa sententia*, „*ὅσαι δ' Ἐρινῦν οὐκ ἐπείσθησαν νόμῳ*, | *δρομοις ἀιδρύτοισιν ἠλάστρουν μ' ἀεί*" [2]), ubi ita, ut nostro loco, iunctas habes *Erinyas* et adiectivum *ἀίδρυτον*. Cuius vim non minus bene ostendunt verba oratoris de sycophanta quodam maligno loquentis, qui „solitarius omnibusque civibus invi„sus per urbem obit, lucro intentus, „*ἄσπειστος ἀ(ν)ίδρυτος ἄμεικτος, οὐ χάριν, οὐ* „*φιλίαν . . . γιγνώσκων κτέ.*" [3]). Similis autem fuit condicio hominum de quibus apud Cratinum dicitur: *οἰκοῦσιν φεύγοντες, ἀίδρυτον κακὸν ἄλλοις*, *habitant exules, malum sine sede* (id est *extorres et molesti*) *aliis* [4]).

810. Posteri norant Timonis *πύργον* sive *villam* [5]) prope Academiam [6]). Fictumne hoc nomen aedificio tribuerunt posteri tunc, cum dudum mortuus Timon in fabulam abiisset [7])? An villam illam habitaverat antehac, hoc tempore dereliquerat? An quae de rupibus vel sentibus imperviis [8]) nunc legimus non ad litteram sunt sumenda? Lucianus quae habet de saxis, in quibus Timon *σκάπτει ἐργάτης καὶ μισθοφόρος*, e nostro loco ducere potuit.

811. *Ἐρινύος ἀπορρώξ*] apud Homerum flumen quoddam dicitur *Stygis ἀπορρώξ* [9]) et vinum Maroneum — loco recentiore — audit *ἀμβροσίης καὶ νέκταρος ἀπορρώξ* [10]).

---

[1]) Vid. ad Av. 1549. — [2]) Eur. Iph. T. 970 sq. — [3]) [Demosth.] XXV § 52. — [4]) Cratin. fr. 209. — [5]) Vid. ad Plut. 180. — [6]) Vid. Pausan. I 30 § 4. Alienus hinc est Ran. 130, quo loco Fritzschio aurem praebere non debebam; deleantur quae de Timone illic scripsi. — [7]) Potuerunt etiam eius et Timonis philosophi Phliasii nomina confundi facillime. — [8]) Vox *σκῶλος* Hom. *N* 564 (quo loco *cardui* genus interpretabatur Aristarchus), nomen proprium *B* 497. — [9]) *B* 755. — [10]) ι 359.

οὗτος ἄρ' ὁ Τίμων
<εἰς τόπον ἔρημον>
ᾤχεθ' ὑπὸ μίσους
πολλὰ καταρασάμενος ἀνδράσι πονηροῖς.
οὕτω ἐκεῖνος ὑμῶν ἀντεμίσει
τοὺς πονηροὺς ἄνδρας ἀεί.
ταῖσι δὲ γυναιξὶν ἦν φίλτατος.

ΓΥΝΗ.

τὴν γνάθον βούλει θένω;

ΓΕΡΩΝ.

μηδαμῶς! ἔδεισά γε.

ΓΥΝΗ.

ἀλλὰ κρούσω τῷ σκέλει;

ΓΕΡΩΝ.

τὸν σάκανδρον ἐκφανεῖς.

ΓΥΝΗ.

ἀλλ' ὅμως ἂν οὐκ ἴδοις
καίπερ οὔσης γραὸς ὄντ' αὐ-
τὸν κομήτην, ἀλλ' ἀπεψι-
λωμένον τῷ λύχνῳ.

(Ex arce procurrit Lysistrata, dein Myrrhina aliaeque mulieres.)

---

812. ἄρ' GHermann] οὖν R Γ. || Post hunc versum quaedam deesse cum sententia testatur imperfecta, tum numeri versus antistrophi. Secutus sum Meinekium et Blaydesium; Bisetus post vs. 814 addebat: κοὐκέτι κατῆλθεν (=vs. 793).

815. καταρασάμενος Γ] κατηρ. R.

817 sq. Meineke: οὕτω τοὺς πονηροὺς ἄνδρας ἀεὶ | 'κεῖνος ὑμῖν ἀντεμίσει.

817. ὑμῶν] ὑμᾶς Dobree, ἡμῖν Bergk, ὑμῖν Meineke.

824. σάκανδρον Suidas] σάκανδρ' R.

---

815. καταρασάμενος] vid. ad Ran. 746.

821. De verborum structura vid. ad Ran. 416, de locutione θενεῖν τὴν γναθόν ad Ran. 149, de aoristo θενεῖν Vesp. 1384.

822. Metum simulat senex mulieri illudens, ut Dicaeopolis Lamacho [1]).

823. Cf. vs. 799.

824. σάκανδρον] vox non redit.

825—828. „Mihi certe impune tollere licet crus: spectabilia erunt quaecunque apparuerint." — Cf. Ran. 516 Eccl. 12 sq.

825. ὅμως] ita collocatum ut vs. 276.

[1]) Ach. 579 sqq.; praesertim vid. ibid. vs. 590.

SCENA DECIMA OCTAVA.

Lysistrata, Mulier, Myrrhina.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ἰού, ἰοὺ γυναῖκες, ἴτε δεῦρ᾽ ὡς ἐμὲ
ταχέως.

ΓΥΝΗ Α.

τί δ᾽ ἐστίν; εἰπέ μοι, τίς ἡ βοή;

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ἄνδρ᾽, ἄνδρ᾽ ὁρῶ προσιόντα παραπεπληγμένον,
τοῖς τῆς Ἀφροδίτης ὀργίοις εἰλημμένον.
ὦ πότνια Κύπρου καὶ Κυθήρων καὶ Πάφου
μεδέουσ᾽! ἴθ᾽ ὀρθὴν ἥνπερ ἔρχει τὴν ὁδόν.

ΓΥΝΗ Α.

ποῦ δ᾽ ἐστίν, ὅστις ἐστί;

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

παρὰ τὸ τῆς Χλόης.

ΓΥΝΗ Α.

ὢ νὴ Δί᾽, ἐστὶ δῆτα. τίς καί ἐστιν ποτέ;

---

831. Alterum ἄνδρ᾽ om. R; addidit Fl. Christianus. || παραπεπληγμένον] διαπεπλιγμένον Meineke ingeniosissime, vereor tamen ut recte.
832. εἰλημμένον Froben.] εἰλυμμένον R.
833 sq. In R praescriptum est αλλη, Lysistratae continuavit Dobree.
834. ὀρθὴν] ὀρθὸς Meineke dubitanter.

---

831. παραπεπληγμένον] μαινόμενον [1]). Vid. ad Nub. 640.

832. εἰλημμένον] *correptum*, ut morbo. Sic Deianira: εἴ τι τῷ ἀνδρὶ τῇδε τῇ νόσῳ | ληφθέντι μεμπτός εἰμι, κάρτα μαίνομαι [2]).

833 sq. Poeticis verbis et numeris (Κῦπρ-) utitur Lysistrata; de participio μεδέων vid. ad Eq. 560, de locutione ἴθι ὀρθὴν ἥνπερ ἔρχει τὴν ὁδόν — quae quam ridicule nunc adhibeatur exponi non opus — vid. ad Ran. 301 Av. 1.

835. παρὰ τὸ τῆς Χλόης] *Chloës* — quod Cereris erat epitheton — *sacellum* erat ad arcis pedem a parte meridionali [3]); dextro igitur lateri scenae Propylaea repraesentantis vicinum esse sumitur. Cinesias autem a dextra parte prodit, ut solent qui ex urbe venire finguntur.

836. ὢ νὴ Δί᾽ ἐστὶ δῆτα] vocularum ὢ νή iunctura redit Av. 661 Eccl. 160, de δῆτα particula vid. ad Eq. 726, de καί ad Eq. 342.

---

[1]) Recte sic schol. — [2]) Soph. Trach. 445 sq. — [3]) Pausan. I 22 § 3. Cf. Soph. Oed. C. 1600 et scholia ad illum locum et ad nostrum.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ὁρᾶτε. γιγνώσκει τις ὑμῶν;

ΜΥΡΡΙΝΗ.

νὴ Δία

ἔγωγε, καί ἐστιν οὑμὸς ἀνὴρ Κινησίας.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

σὸν ἔργον ἤδη τοῦτον ὀπτᾶν καὶ στρέφειν
καὶ ἐξηπεροπεύειν, καὶ φιλεῖν καὶ μὴ φιλεῖν,
καὶ πάνθ' ὑπέχειν — πλὴν ὧν ξύνοιδεν ἡ κύλιξ.

ΜΥΡΡΙΝΗ.

ἀμέλει, ποιήσω ταῦτ' ἐγώ.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

καὶ μὴν ἐγὼ
ξυνηπεροπεύσω σοὶ παραμένουσ' ἐνθαδὶ
καὶ ξυσταθεύσω τοῦτον. ἀλλ' ἀπέλθετε.

(Omnes in arcem se recipiunt. — Prodit Cinesias, quem sequitur famulus puerulum gestans.)

837a. Mulieri continuat R.

838. οὑμὸς] ἐμὸς Elmsley.

839. ἤδη Dobree] εἴη R. || στρέφειν] τρέπειν Blaydes infelicissime coll. Ach. 1005, ubi de vero igne verisque verubus est sermo.

843. σοὶ παραμένουσ' Porson] παραμένουσ' R, παραμένουσά γ' Bentley, παραμένουσά τ' ἐνθαδὶ | σοὶ ξυσταθεύσω Bergk.

---

838. *Cinesias*, qui nunc prodit, non est dithyrambicus ille ὁ φιλύρινος καὶ ἡμιθνής [1], sed fictus homo [2], indolem mulierosam ipso nomine aperte prodens [3]. Qualem nominum propriorum usum noster quantopere amaverit nemo nescit [4].

839. σὸν ἔργον] vid. ad Nub. 1345. — ὀπτᾶν καὶ στρέφειν] *torrere* [5] *et torquere.* Prius verbum e culina habet Lysistrata. Sic „ἐξοπτᾶτε καὶ τρέπετε" (*versate*) Dicaeopolis adhortatur ministros turdos verubus infixos assantes [6].

840 et 843. Verbi -ηπεροπεύειν haec composita alibi non obvia; simplex ex epica dictione est notissimum [7].

841. πλὴν ὧν ξύνοιδεν ἡ κύλιξ] *praeter unum illud, quod non facturas nos iuravimus* [8]. — Sic in Ecclesiazusis *consiliorum consciam* mulier dicit *lucernam* [9].

844. ξυσταθεύσω] *tecum* ὀπτήσω. De verbo σταθεύειν vid. ad Ach. 1041.

---

[1] Vid. ad Ran. 153. — [2] Recte sic Meineke Hist. Crit. Com. p. 229; idem autem inest his scholiorum verbis: „πέπαιχεν παρὰ τὸ κινεῖν." Errat vero alter scholiasta. — [3] Cf. vs. 852 et vid. annot. crit. ad Nub. 1102. — [4] Vid. ad Vesp. 84. — [5] Cf. Soph. fr. 421³ Theocrit. VII 55 Horat. Carm. III 9, 13 IV 1, 12 etc. Propert. III 23, 13 etc. — [6] Ach. 1005. — [7] Hom. Γ 39 Hes. Oper. 55 etc. — [8] Vs. 199 sqq. — [9] Eccl. 17.

SCENA UNDEVIGESIMA.

Cinesias, dein Lysistrata.

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

οἴμοι κακοδαίμων, οἷος ὁ σπασμός μ' ἔχει
χὠ τέτανος, ὥσπερ ἐπὶ τροχοῦ στρεβλούμενον.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

(ex edito Propylaeorum loco prospiciens:)

τίς οὗτος οὑντὸς τῶν φυλάκων ἑστώς;

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

ἐγώ.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ἀνήρ;

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

ἀνὴρ δῆτ'!

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

οὐκ ἄπει δῆτ' ἐκποδών;

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

σὺ δ' εἶ τίς ἡ 'κβάλλουσά μ';

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ἡμεροσκόπος.

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

πρὸς τῶν θεῶν νυν ἐκκάλεσόν μοι Μυρρίνην.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ἰδού, καλέσω ἐγὼ Μυρρίνην σοι! σὺ δὲ τίς εἶ;

---

851. *καλέσω*] *'κκαλέσω* Cobet, sed vid. vs. 871 Eq. 365 sq. || (*ἐ*)*γὼ* Kuster] *γὼ τὴν* R, *τὴν* Brunck.

---

846. *ἐπὶ τροχοῦ στρεβλούμενον*] vid. ad Ran. 615 sqq.

848. Particula *δῆτα* Cinesias utitur, vocabulum quo usa est Lysistrata magna cum vi repetens [1]). Ipsam dein particulam illudens repetit Lysistrata.

849. *ἡμεροσκόπος*] vid. ad Av. 1174.

851. *ἰδού κτἑ.*] vid. ad Ran. 1205.

---

[1]) Vid. ad Eq. 726.

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

ἀνὴρ ἐκείνης, Πεονίδης Κινησίας.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ὦ χαῖρε, φίλτατ'! οὐ γὰρ ἀκλεὲς τοὔνομα
τὸ σὸν παρ' ἡμῖν ἐστιν οὐδ' ἀνώνυμον.
ἀεὶ γὰρ ἡ γυνή σ' ἔχει διὰ στόμα.
κἢν ᾠὸν ἢ μῆλον λάβῃ, „Κινησίᾳ
τουτὶ γένοιτο!" φησίν.

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

ὦ πρὸς τῶν θεῶν!

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

νὴ τὴν Ἀφροδίτην· κἢν περὶ ἀνδρῶν γ' ἐμπέσῃ
λόγος τις, εἴρηκ' εὐθέως ἡ σὴ γυνή,
ὅτι „λῆρός ἐστι τἄλλα πρὸς Κινησίαν."

---

852. *Πεονίδης* schol.] *Παιονειδης* R; quam qui tuentur lectionem, conferunt verbum amatorium *παίειν* Pac. 898 (item *κρούειν*, vid. ad vs. 1032).
856 et 858. *κἢν*] *κἂν* R.

---

852. Leontidis tribus erat demus *Παιονίδαι*, quod nomen ridicule nunc immutatur [1]). Quemadmodum *γάστρων* est is cui tumet *γαστήρ*, sic *πέων* ad analogiam vocum *πόσθων* et *σάθων* [2]) fictum significat virum bene mutoniatum; cui voci patronymicorum nunc subiungitur terminus [3]).

853—857. Tragico colore insignes sunt hi versus [4]). Neque enim *ἀκλεὴς* pedestris est sermonis, neque *ἀνώνυμος*, neque *διὰ στόμα ἔχειν τινά*, *in ore habere aliquem* [5]), quod etiam *ἀνὰ στόμα ἔχειν* dicebant poetae [6]). Quae autem addit Lysistrata: Myrrhinam si ovum vel malum sumat, dicere solere: „utinam his fruatur vir meus!" in mentem revocant Stheneboeam Euripideam nunquam non Bellerophontis, quem deperibat, memorem, et „*τῷ Κορινθίῳ ξένῳ!*" identidem clamantem. Qui tragici locus etiam in Thesmophoriazusis fabula ridetur, et ibi quidem ita ut dubii nihil restet [7]). Fortasse igitur sic salutabatur Bellerophon Corinthum redux [8]).

856. *μῆλον*] vid. ad Nub. 997.

860. *Cetera* (id est: quicquid praeterea est virorum) *merae sunt nugae si cum Cinesia comparentur.* Sic apud Antiphanem aliquis: *λῆρος πάντα πρὸς τὸ χρυσίον* [9]). De praepositione *πρός* vid. ad Nub. 990.

---

[1]) De cuiusmodi iocis vid. ad Eq. 79. Praeterea cf. Wecklein Cur. Epigr. p. 40, Riemann-Golzer Phonétique p. 45, 3 — [2]) Vid. ad Ran. 200. — [3]) Vid. ad Ach. 596 sq. — [4]) Parodiam etiam Sobolewski agnovit. — [5]) Nos: *den mond van iemand vol hebben*: Aesch. Sept. 51, 579 Eur. Or. 103. — [6]) Hom. *B* 250 Eur. Andr. 95 El. 80 Xen. Hier. 7 § 9; cf. *ἐν στόμασι* Herodot. III 157 VI 136. Posteri *διὰ στόματος*: Theocrit. XII 21 Apoll. Rh. III 793, Plut. Lucian. — [7]) Ar. Thesm. 404 Eur. fr. 667. — [8]) Cf. vs. 865—869. — [9]) Antiphan. fr. 232[1]; praeterea vid. ad Ran. 809.

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

ἴθι νυν, κάλεσον αὐτήν.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

τί οὖν; δώσεις τί μοι;

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

ἔγωγε μέντοι, νὴ Δί', ἣν βούλῃ γε σύ.
ἔχω δὲ τοῦθ'· ὅπερ οὖν ἔχω δίδωμί σοι.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

φέρε νυν καλέσω καταβᾶσά σοι.

(Abit Lysistrata.)

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

ταχὺ νυν πάνυ!
ὡς οὐδεμίαν ἔχω ἔτι τῷ βίῳ χάριν,
ἐξ οὗπερ αὕτη ἐξῆλθεν ἐκ τῆς οἰκίας.
ἀλλ' ἄχθομαι μὲν εἰσιών, ἔρημα δὲ
εἶναι δοκεῖ μοι πάντα, τοῖς δὲ σιτίοις
χάριν οὐδεμίαν οἶδ' ἐσθίων· ἔστυκα γάρ.

(Illo loco, unde abiit Lysistrata, apparet Myrrhina.)

---

862. *μέντοι, νὴ] νὴ τὸν R, σοι νὴ τὸν Bentley. Cf. Eq. 168.
863. ἔχω δὲ] ἐγὼ δὲ Bergk, cum sequentibus iungens; sed sic molestum est οὖν.
864. πάνυ] πέτου Bergk.
865. ἔτι Blaydes] γε R, ἔγωγ' ἔχω βίου GHermann, ἐγῷδα τῷ βίῳ Cobet (ut vs. 869).
866. (ἐ)ξῆλθεν Fl. Christianus] ξυνῆλθεν R.

---

863. Mire concinunt apostoli ad hominem claudum et pauperem verba: „ἀργύριον καὶ χρυσίον οὐχ ὑπάρχει μοι· ὃ δὲ ἔχω, τοῦτό σοι δίδωμι" — et deambulare eum iussit [1]). Praeterea vid. infra vs. 1053—1057.

864. καταβᾶσα] recte schol.: ἀπὸ τοῦ τείχους κατελθοῦσα, ὅπου ἐφύλασσον αἱ ἡμεροσκόποι.

865—869. Sic apud Euripidem desperans Theseus ad filium moribundum: ὄλωλα, τέκνον, οὐδέ μοι χάρις βίου [2]), Medea: οἴχομαι δὲ καὶ βίου | χάριν μεθεῖσα κατθανεῖν χρῄζω [3]), orator autem: καίτοι τίς χάρις τῷ βίῳ, κακοπαθεῖν μὲν πολλάκις, ἀναπαύσασθαι δὲ μηδέποτε; [4]). — Tragoediae quoniam noster quoque locus (ut supra vs. 853 sqq.) affinis est, haud inanis fortasse est suspicio, Proetum Euripideum talia esse conquestum cum Stheneboea a Bellerophonte esset abducta [5]).

867. εἰσιών] *cum domum redeo* [6]).

---

1) Act. Apost. 3 § 6. — 2) Eur. Hipp. 1408. — 3) Eur. Med. 226 sq. — 4) [Lys.] VI § 28. — 5) Vid. schol. Pac. 141. — 6) Vid. ad Ach. 202.

SCENA VIGESIMA.

Cinesias, Myrrhina.

ΜΥΡΡΙΝΗ.

(ad Lysistratam in arce latentem:)

φιλῶ, φιλῶ ἐγὼ τοῦτον! ἀλλ' οὐ βούλεται
ὑπ' ἐμοῦ φιλεῖσθαι. σὺ δέ με τούτῳ μὴ κάλει.

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

ὦ γλυκύτατον Μυρρινίδιον, τί ταῦτα δρᾷς;
κατάβηθι δεῦρο.

ΜΥΡΡΙΝΗ.

μὰ Δί' ἐγὼ μὲν αὐτόσ' οὔ.

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

ἐμοῦ καλοῦντος οὐ καταβήσει, Μυρρίνη;

ΜΥΡΡΙΝΗ.

οὐ γὰρ δεόμενος οὐδὲν ἐκκαλεῖς ἐμέ.

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

ἐγὼ οὐ δεόμενος; ἐπιτετριμμένος μὲν οὖν!

ΜΥΡΡΙΝΗ.

ἄπειμι.

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

μὴ δῆτ', ἀλλὰ τῷ γοῦν παιδίῳ
ὑπάκουσον.

(Ad puerulum:)

οὗτος, οὐ καλεῖς τὴν μαμμίαν;

ΠΑΙΔΙΟΝ.

μαμμία! μαμμία! μαμμία!

---

872. *γλυκύτατον*] vid. Ach. 475.
— *τί ταῦτα δρᾷς;*] item mox vs. 891.
873. *αὐτόσε*] redit hoc adverbium Thesm. 202 [1]).
874. *οὐ καταβήσει...;*] non imperiose iubentis hoc est, sed dolorem et indignationem prodit vox rogantis [2]).
876. *ἐπιτετριμμένος*] vid. ad Ran. 571.
878. *ὑπάκουσον*] vid. ad Nub. 274.
— *οὗτος*] vid. ad Vesp. 1.
879. Etiam infantiles hos clamores [3]) e scena Euripidea petitos dixerit quispiam; recordamur enim Alcestidis Medeae Andromachae filiolos.

---

1) Praeterea *αὐτόσε* legitur Metagen. fr. 6^4 Antiphan. 55^{20}. — 2) Vid. ad Av. 369. — 3) Cf. *παππία* Vesp. 296 Pac. 128.

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

αὔτη, τί πάσχεις; οὐδ' ἐλεεῖς τὸ παιδίον
ἄλουτον ὂν καὶ ἄθηλον ἕκτην ἡμέραν;

ΜΥΡΡΙΝΗ.

ἔγωγ' ἐλεῶ δῆτ', ἀλλ' ἀμελὴς αὐτῷ πατήρ
ἐστιν.

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

κατάβηθ', ὦ δαιμονία, τῷ παιδίῳ.

ΜΥΡΡΙΝΗ.

οἷον τὸ τεκεῖν! καταβατέον. τί γὰρ πάθω;

(Abit.)

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

(secum:)

ἐμοὶ μὲν αὕτη καὶ νεωτέρα δοκεῖ
πολλῷ γεγενῆσθαι καὶ ἀγανώτερον βλέπειν·
χἂ δυσκολαίνει πρὸς ἐμὲ καὶ βρενθύεται,
ταῦτ' αὐτὰ δή ἐσθ' ἃ καί μ' ἐπιτρίβει τῷ πόθῳ.

ΜΥΡΡΙΝΗ.

(per ianuam apertam proruens:)

ὦ γλυκύτατον σὺ τεκνίδιον κακοῦ πατρός,

---

884. Ante hunc versum intercidisse voculam φεῦ suspicatur Meineke. || τί γὰρ πάθω;] Cinesiae tribuit manus recentior in R; ipse librarius totum versum uni tribuit (Myrrhinae) et ante versum sequentem scripsit paragraphum.

885. μὲν Brunck] γὰρ R, quod sanum esse nequit, nisi huiuscemodi aliquid ante hunc versum excidit: <*ἦ που μέγα φίλτρον ἡ μακρά ἐστ' ἀπουσία>.

888. δή] schol.: „τὸ ἐντελὲς δῆτα ἐστιν." Videtur igitur δῆθ' pro δῆσθ' legisse (aut: δῆτ' ἐσθ' ἅμ'). || καί μ' Meineke] κἄμ' R; Dobree δὴ κἄσθ' ἅμ'.

---

880. αὔτη, τί πάσχεις;] vid. ad Vesp. 1 et ad Nub. 340.

881. ἕκτην ἡμέραν] vid. ad vs. 725.

883. τῷ παιδίῳ] dativi qui dicitur „commodi" insigne hoc exemplum.

884. Scenae dispositio simillima est in Ecclesiazusis; ubi puella postquam e fenestra quaedam confabulata est cum iuvene ante aedes stante in platea publica, descendit, dein ianua aperta ad eum accedit [1]).

— οἷον τὸ τεκεῖν!] item chori dux apud Euripidem: δεινὸν τὸ τίκτειν καὶ φέρει φίλτρον μέγα | πᾶσίν τε κοινόν, ὥσθ' ὑπερκάμνειν τέκνων [2]).

— τί γὰρ πάθω;] de verbi πάσχειν hoc usu vid. ad Nub. 798.

885 sq. Cf. Plut. 1042 sq.

887. δυσκολαίνει] vid. ad Ran. 82.

— βρενθύεται] vid. ad Nub. 362.

888. ταῦτ' αὐτὰ δή ἐσθ' ἃ καί...] vid. ad Ran. 73.

— ἐπιτρίβει] vid. ad Ran. 571.

889. Cf. Promethei ad Herculem se

---

1) Eccl. 949—1037. — 2) Eur. Iph. Aul. 917 sq.

φέρε σε φιλήσω, γλυκύτατον τῇ μαμμίᾳ!

(Infanti oscula figit.)

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

τί, ὦ πονηρά, ταῦτα ποιεῖς καὶ ἑτέραις
πείθει γυναιξί, καὶ ἐμέ τ' ἄχθεσθαι ποιεῖς
αὐτή τε λυπεῖ;

(Amplecti se conantem repellit Myrrhina.)

ΜΥΡΡΙΝΗ.

μὴ πρόσαγε τὴν χεῖρά μοι.

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

τὰ δ' ἔνδον ὄντα, τἀμὰ καὶ σὰ χρήματα,
χεῖρον διατιθεῖς.

ΜΥΡΡΙΝΗ.

ὀλίγον αὐτῶν μοι μέλει.

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

ὀλίγον μέλει σοι τῆς κρόκης φορουμένης
ὑπὸ τῶν ἀλεκτρυόνων;

ΜΥΡΡΙΝΗ.

ἔμοιγε, νὴ Δία.

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

τὰ τῆς Ἀφροδίτης δ' ἱέρ' ἀνοργίαστά σοι
χρόνον τοσοῦτόν ἐστιν! οὐ βαδιεῖ πάλιν;

---

893. *τε Γ'*] *με* R.
898. *δ'*] addidit Cobet; quod an post *τὰ* praestet additum equidem dubito.

---

liberantem verba: *ἐχθροῦ πατρός μοι τοῦτο φίλτατον τέκνον* [1]). Non tamen imitationis suspicionem movent quae ad infantulum nunc dicit Myrrhina. Nam parum probabilis mihi videtur quorundam opinio, pro longa haberi syllabam initialem vocis *τεκνίδιον* voluisse comicum, rariorem enim in pede 3° esse tribrachyn [2]).

889 sq. *γλυκύτατον*] vid. Ach. 475.

890. *φέρε σε φιλήσω*] id quod alibi dicitur: *δός* (*μοι*) *κύσαι* [3]). De imperativo *φέρε* vid. ad Ran. 498.

891. *ταῦτα ποιεῖς*] cf. vs. 872.

892 sq. Item Iason ad Medeam: *καὐτή γε λυπεῖ καὶ κακῶν κοινωνὸς εἶ* [4]).

895. *ὀλίγον αὐτῶν μοι μέλει*] vid. ad Av. 1636.

896 sq. *Hoccine nihil ad te, lanam a gallinis diripi?* [5]).

899. *οὐ βαδιεῖ...;*] vid. ad vs. 874.

---

1) Aesch. fr. 201. — 2) Vid. Peppler Comic Terminations p. 18. — 3) Vid. ad Ran. 755. — 4) Eur. Med. 1361. — 5) De voce *κρόκη* vid. Vesp. 1144.

ΜΥΡΡΙΝΗ.

μὰ Δί' οὐκ ἔγωγ', ἢν μὴ διαλλαγῆτέ γε
καὶ τοῦ πολέμου παύσησθε.

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

τοιγάρ, ἢν δοκῇ,
ποιήσομεν καὶ ταῦτα.

ΜΥΡΡΙΝΗ.

τοιγάρ, ἢν δοκῇ,
καὶ ἔγωγ' ἄπειμ' ἐκεῖσε· νῦν δ' ἀπομώμοκα.

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

σὺ δ' ἀλλὰ κατακλίνηθι μετ' ἐμοῦ διὰ χρόνου.

ΜΥΡΡΙΝΗ.

οὐ δῆτα! — καίτοι σ' οὐκ ἐρῶ γ' ὡς οὐ φιλῶ.

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

φιλεῖς; τί οὖν οὐ κατεκλίνης, ὦ μυρτίον;

ΜΥΡΡΙΝΗ.

ὦ καταγέλαστ', ἐναντίον τοῦ παιδίου;

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

μὰ Δί'· ἀλλὰ τοῦτό γ' οἴκαδ', ὦ Μανῆ, φέρε.

---

900. **διαλλαγῆτε*] *-χθῆτε* B *Γ*; cf. vs. 904 Av. 394 et vid. ad Ach. 251.
901 sq. *ἢν*] *ἂν* B *Γ*.
902. Habet *Γ*, in B omissum in margine addidit corrector.
904. *κατακλίνηθι* Elmsley] *-κλίθητι* B *Γ*. Cf. vs. 906 et 900.
906. *κατεκλίνης* B] *κατακλινεῖ* *Γ*. || *ὦ μυρτίον* Enger (coll. vs. 930 et schol. Thesm. 289)] *ὦ μύρριον* *Γ*, *ὦ μυρρίνιον* B, quod servari posse si verba sic ordinentur: *ὦ μυρρίνιον οὐ κατεκλίνης;*, observat Meineke; *Μυρρινίδιον* Dobree (cf. vs. 872), *ὦ Μυρρίνη* Dindorf.
908. *γ'* *Γ*] *δ'* B.

---

901. *ἢν δοκῇ*] *si visum fuerit, si populus iusserit* [1]. Simile est quod infra dicit Cinesias: „*βουλεύσομαι*", *rem perpendam* [2]. Cf. etiam „*σκέψομαι*", quod superbientium verbum deridet nescio quis apud Menandrum: *οἱ τὰς ὀφρῦς αἴροντες ὡς ἀβέλτεροι | καὶ „σκέψομαι" λέγοντες! κτέ.* [3]

903. *ἄπειμ' ἐκεῖσε*] *arce relicta domum redibo.*
— *ἀπομώμοκα*] vid. ad Nub. 1232.
904. *ἀλλὰ*] vid. ad Nub. 1364.
— *διὰ χρόνου*] vid. ad Vesp. 1252.
906. *τί . . . οὐ . . .;*] vid. ad Eq. 1207.
907. *ἐναντίον*] vid. ad Eq. 1239.

---

1) Non: „*si tibi ita place(a)t*" (Brunck). — 2) Vs. 951; nos: *ik zal er eens over denken.* — 3) Menandr. fr. 460.

(Abit minister cum infantulo.)

ἰδού, τὸ μέν σοι παιδίον καὶ δὴ ἐκποδών. —
σὺ δ' οὐ κατακλίνει.

ΜΥΡΡΙΝΗ.

ποῦ γὰρ ἄν τις καί, τάλαν,
δράσειε τοῦθ';

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

ὅπου; τὸ τοῦ Πανὸς καλόν.

ΜΥΡΡΙΝΗ.

καὶ πῶς ἔθ' ἁγνὴ δῆτ' ἂν ἔλθοιμ' εἰς πόλιν;

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

κάλλιστα δήπου, λουσαμένη τῇ Κλεψύδρᾳ.

ΜΥΡΡΙΝΗ.

ἔπειτ' ὀμόσασα δῆτ' ἐπιορκήσω, τάλαν;

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

εἰς ἐμὲ τράποιτο· μηδὲν ὅρκου φροντίσῃς.

---

910. *κατακλίνει* R] *-κλινεῖ Γ*, item Brunck addito signo interrogandi.
911. *ὅπου;*] interrogandi signum inseruit Reisig. ‖ *τὸ τοῦ Γ*] *τοῦτο* R.
912. *ἂν ἔλθοιμ'* Brunck] *ἀνέλθοιμ'* R *Γ*, *ἂν ἀνέλθοιμ'* Bothe.
913. *τῇ*] *ἐν τῇ* Dobree (cf. Eq. 367); sed vid. comment.

---

909. *σοι . . . καὶ δὴ*] cf. vs. 65 et vid ad Av. 268.

910. *ποῦ . . . τάλαν . . . ;*] *ubinam . . . improbe?* Cf. Plut. 1055 et vid. ad Plut. 706. Item mox vs. 914.

— *καί*] vid. ad Eq. 342.

911. *Aptum est Panis antrum.* Locus ubi Creusa regis filia cum Apolline congressa est olim, *ἐν σπέεσι γλαφυροῖσι βροτὸς θεῷ εὐνηθεῖσα, „ἔνθα Πανὸς ἄδυτα καὶ βωμοὶ πέλας"* [1]), is ne Myrrhinae quidem et Cinesiae amoribus est indignus; ibi et nos *ἐν καλῷ* [2]) *ἐσόμεθα.* — De Panis antro vid. supra [3]).

912. *Et quomodo pura sic redire possem in arcem,* locum sacrum? [4]). De particulis *καὶ πῶς ἔτι . . . ἂν* indignationem testantibus vid. ad Ach. 307, de locutione *εἰς πόλιν* ad Nub. 69.

913. *At commodissimus illic praesto tibi erit Clepsydra fons.* Qui proximus erat ab antro Panis. Per gradus undeseptuaginta ad eum nunc fit descensus e Propylaeorum angulo septentrionali, sed etiam Aristophanis aetate eiusmodi extitisse scalas non constat. — De dativi usu vid. ad Plut. 658.

914. *ἔπειτα*] vid. ad Nub. 226.

915. *εἰς ἐμὲ τράποιτο*] vid. ad Ach. 833 Nub. 40.

— *μηδὲν . . . φροντίσῃς*] vid. ad Eq. 1356 Ran. 493.

---

[1]) Vid. Eur. Ion. 11, 283 sqq., 492 sqq., 938, 949. — [2]) Thesm. 292 Eccl. 321 Thucyd. V 59 Theocrit. XV 73 sq. — [3]) Vs. 721. — [4]) Cf. vs. 1182 sq.

ΜΥΡΡΙΝΗ.

φέρε νυν ἐνέγκω κλινίδιον νῷν.

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

μηδαμῶς.

ἀρκεῖ χαμαὶ νῷν.

ΜΥΡΡΙΝΗ.

μὰ τὸν Ἀπόλλω, μή σ' ἐγώ,
καίπερ τοιοῦτον ὄντα, κατακλινῶ χαμαί.

(Abit; statim autem redit cum lectulo.)

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

ἥ τοι γυνὴ φιλεῖ με, δήλη ἐστὶν καλῶς.

ΜΥΡΡΙΝΗ.

ἰδού, κατάκεισ' ἀνύσας τι· καὶ ἐγὼ ἐκδύομαι.
καίτοι, τὸ δεῖνα, ψίαθός ἐστ' ἐξοιστέα.

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

ποία ψίαθος; μή μοί γε.

---

918. *κατακλινῶ Γ*] *κατακλίνω* B, item Brunck, *οὐ μή* scribens vs. 917.

919. *τοι Γ*] *δή* B.

920. *ἐγώ*] *δή* (ut vs. 925) Hamaker non recte; *καὶ ἐγὼ* est *incitantis*, *καὶ δή* *sedantis* foret.

921 sq. et 925. *ψίαθος Γ*] *ψίεθος* B.

---

916 sqq. Identidem nunc petit Myrrhina quaecunque requiri perhibet ut viro carissimo bene sit. Unde autem petat ea omnia praestat non rogare; nam locorum rationem more suo neglegit iam comicus, quam veri sint similia quae ostendat spectatoribus ne quaerens quidem. Vid. supra ad vs. 199 et Prolegomen. p. XI sq.

917 sq. *μὰ τὸν Ἀπόλλω, μή σε . . . κατακλινῶ*] *virorum* hoc iureiurando utens nunc Myrrhina, ut mox Cinesias [1]), cogitat fortasse antrum Apollinis Hypoacraei sive *ὑπὸ Μακραῖς* — nam utrumque in inscriptionibus reperitur nomen — Propylaeis vicinum. Cf. tamen Ran. 508, ubi vid. praeterea de *μή* negatione futuro praemissa.

918. *τοιοῦτον*] *tam improbum.*

919. *δήλη ἐστὶν*] vid. ad Av. 1407.

— *καλῶς*] non laudantis sed affirmantis nunc est [2]); sic dicitur etiam *καλῶς εἰδέναι* *probe* (= *εὖ*, *bene*) *nosse* [3]).

920. *ἀνύσας τι*] vid. ad Vesp. 30 et ad Ran. 606.

921. *τὸ δεῖνα*] vid. ad Vesp. 524. Item mox vs. 926.

— *ψίαθος*] vid. ad Ran. 567.

922. *ποία*] vid. ad Ran. 529.

— *μή μοί γε*] vid. ad Nub. 84.

---

[1]) Vs. 938, 942. — [2]) Item Soph. O. R. 1008. — [3]) Soph. O. R. 317.

ΜΥΡΡΙΝΗ.

νὴ τὴν Ἄρτεμιν·

αἰσχρὸν γὰρ ἐπὶ τόνου γε.

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

δός μοί νυν κύσαι.

ΜΥΡΡΙΝΗ.

ἰδού.

(Dato osculo se proripit.)

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

παπαιάξ! ἧκέ νυν ταχέως πάνυ.

ΜΥΡΡΙΝΗ.

(cum storea rediens:)

ἰδοὺ ψίαθος! κατάκεισο, καὶ δὴ ἐκδύομαι.
καίτοι, τὸ δεῖνα, προσκεφάλαιον οὐκ ἔχεις.

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

ἀλλ' οὐδὲ δέομ' ἔγωγε.

ΜΥΡΡΙΝΗ.

νὴ Δί' ἀλλ' ἐγώ.

(Denuo abit.)

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

ἀλλ' ἦ τὸ πέος τόδ' Ἡρακλῆς ξενίζεται!

---

927. *οὐδὲ δέομ'* Bentley] *οὐδὲ δέομαι οὐδὲν Γ, οὐ δέομ' οὐδὲν* R; cf. vs. 934.
928. *ἦ Γ*] *ἤτοι* R.

---

923. *ἐπὶ τόνου*] vid. ad Av. 816. — *δὸς ... κύσαι*] vid. ad Ran. 755.

924. *παπαιάξ*] item in Thesmophoriazusis osculis perfruens lictor sic Graece balbutit: *ὂ ὂ ὂ παπαπαπαῖ, | ὡς γλυκερό!* [1]). De termino *-άξ* vid. ad Eq. 1.

926 sq. *Mane pulvinum. — Bene procuras mihi! sat sic fultumst mihi* [2]). Particulae *οὐδέ* in Cinesiae verbis: „*ἀλλ' οὐδὲ δέομ' ἔγωγε*" eadem est vis atque in verbis Praxagorae: *ἀλλ' οὐδὲ δίκαι πρῶτον ἔσονται at etiam lites aberunt* [3]).

928. *ἀλλ' ἦ*] *profecto* [4]). — *Ἡρακλῆς ξενίζεται*] i. e. *οὕτω ξενίζεται ὥς τις Ἡρακλῆς* [5]). Herculis *τὸ δεῖπνον ἐξαπατωμένου* [6]) partes iam agere mihi videor [7]). — Non recte scholia interpretantur: *tanto molimine haec cena stru-*

---

[1]) Thesm. 1191 sq.; praeterea cf. Eur. Cycl. 153, 503. — [2]) Plaut. Stich. I 2, 37. — [3]) Eccl. 657. — [4]) Item Eq. 953 Thesm. 97 etc. — [5]) De hoc genere loquendi vid. ad Ran. 159. — [6]) Vid. Vesp. 60 et ad Ran. 62 sqq. — [7]) Sic Bergler (is dubitanter) et Enger.

ΜΥΡΡΙΝΗ.

(cervical afferens:)

ἀνίστασ', ἀναπήδησον. ἤδη πάντ' ἔχεις.

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

ἅπαντα δῆτα! δεῦρό νυν, ὦ χρύσιον!

ΜΥΡΡΙΝΗ.

τὸ στρόφιον ἤδη λύομαι. μέμνησό νυν·
μή μ' ἐξαπατήσῃς τὰ περὶ τῶν διαλλαγῶν.

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

νὴ Δί' ἀπολοίμην.

ΜΥΡΡΙΝΗ.

ἀλλὰ σισύραν οὐκ ἔχεις.

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

μὰ Δί' οὐδὲ δέομαί γ', ἀλλὰ βινεῖν βούλομαι.

929b. Myrrhinae tribuit recens manus in R, vs. 930 Cinesiae; in Γ vs. 929b est Cinesiae, vs. 930a Myrrhinae.

929. *ἔχεις* Hamaker] *ἔχω* R Γ.

930. *δῆτα!*] *δῆτα;* R Γ, in scholiis autem legitur: „*κατ' ἐρώτησιν*". Sed interrogandi signum nescio an *in fine versus* 929 scribi iusserint olim grammatici, et ipse an scribam ambigo.

933. *ἀλλὰ* Meineke] *ἄρα* R Γ (quod *ἆρα* scribendum foret), Cinesiae hanc particulam tribuentes, non recte (dissimiles sunt qui conferuntur Eubul. fr. 117 Eur. Hipp. 1028, ubi suum locum habet *ergo*).

934. *οὐδὲ* Γ] *οὐ* R. || *γ'* R] om. Γ.

---

itur quasi conviva expectetur Hercules [1]). Non enim multa nunc huic „convivae" praebentur, sed identidem subducitur ei lanx quam solam appetit.

929. *ἀναπήδησον*] „ut cervical quod affero supponere tibi possim." Eodem consilio mox dicit: *ἔπαιρε σαυτόν* [2]).

— *πάντ' ἔχεις*] vid. ad Av. 1460.

930. *ἅπαντα δῆτα!*] vocabulum, quo Myrrhina usa est, Cinesias addito *δῆτα* repetens [3]), et id quod illa dixit in ridiculum detorquens: „sum sane paratissimus" exclamat. — Non recte locum interpretatus est is qui in scholiis scripsit: „*κατ' ἐρώτησιν*", si putavit „*itane vero?*" dicentem mulierculam significare multum abesse ut cuncta iam teneat vir, nihil enim eum tenere, et plura etiam esse afferenda. Sed suspicor ad versus 929 exitum illud scholion pertinere.

— *χρύσιον*] cf. Ach. 1200.

931. *τὸ στρόφιον*] in Thesmophoriazusis saepius strophii fit mentio [4]).

933. *σισύραν*] cf. Nub. 10.

---

[1]) Vid. Eur. Alc. 747 sqq. — [2]) Vs. 937. — [3]) Vid. ad Eq. 725 sq. — [4]) Vid. praesertim Thesm. 638, praeterea Thesm. 139, 251, 255 fr. 647 Catull. LXIV 65.

ΜΥΡΡΙΝΗ.

ἀμέλει, ποιήσεις τοῦτο· ταχὺ γὰρ ἔρχομαι.

(Abit.)

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

ἄνθρωπος ἐπιτρίψει με διὰ τὰ στρώματα.

ΜΥΡΡΙΝΗ.

(lodicem tenens:)

ἔπαιρε σαυτόν.

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

ἀλλ' ἐπῆρται τουτογί.

ΜΥΡΡΙΝΗ.

βούλει μυρίσω σε;

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

μὰ τὸν Ἀπόλλω, μή μέ γε.

ΜΥΡΡΙΝΗ.

νὴ τὴν Ἀφροδίτην, ἤν τε βούλῃ γ', ἤν τε μή.

(Denuo abit.)

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

εἴθ' ἐκχυθείη τὸ μύρον, ὦ Ζεῦ δέσποτα!

ΜΥΡΡΙΝΗ.

(alabastrum afferens:)

πρότεινε δὴ τὴν χεῖρα καὶ ἀλείφου λαβών.

---

936. *ἄνθρωπος* schol.] *ἄνθρωπος* R Γ.
937. *τουτογί* vHerwerden] *τοῦτό γε* R Γ.
941. *δή* R] *νυν* Γ.

---

935. *ἔρχομαι*] hoc similibusque locis clare apparet qui factum sit ut cognatae significationis verbum *εἶμι* in notionem temporis *futuri* saepe abiret [1]).

936. *ἄνθρωπος*] item saepius apud oratores *ἡ ἄνθρωπος* [2]).

— *ἐπιτρίψει*] cf. Ran. 571 et vid. ad Ran. 1018.

937. *ἔπαιρε σαυτόν*] item isiciarius in Equitibus culcitam seni afferens: „*ἐπαναίρου*" ait [3]).

— *τουτογί*] vid. ad Ran. 965 et de demonstrativi usu ad Ach. 331.

938 sq. *Unguentum* omnino necessarium esse amoris adminiculum perhibet etiam Praxagora in Ecclesiazusis [4]).

---

1) Item nos: *ik kom dadelijk*. Cf. supra vs. 739 Thesm. 70. — 2) E. g. Lys. I § 16. — 3) Eq. 781; cf. etiam Vesp. 996. — 4) Eccl. 524—526; vid. etiam Pac. 862.

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

(dum corpus sibi inungit:)

οὐχ ἡδὺ τὸ μύρον μὰ τὸν Ἀπόλλω τουτογί,
εἰ μὴ διατριπτικόν γε κοὐκ ὄζον γάμων.

ΜΥΡΡΙΝΗ.

τάλαιν' ἐγώ, τὸ Ῥόδιον ἤνεγκον μύρον.

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

ἀγαθόν· ἔα αὔτ', ὦ δαιμονία.

ΜΥΡΡΙΝΗ.

ληρεῖς ἔχων.

(Denuo abit.)

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

κάκιστ' ἀπόλοιθ' ὁ πρῶτος ἑψήσας μύρον.

---

942. Priorem versus partem Myrrhinae continuat Meineke, additis signo interrogandi post *μύρον* et negatione *οὐ* post *Ἀπόλλω*; sed ita distribui versum si voluisset poeta, neque *τὸ μύρον* addidisset, opinor, neque *τουτογί*.

943. *γε Γ*] *τε* R.

944. *Ῥόδιον*] *ῥόδινον* Bergk (cf. schol.), sed *vilis* potius quam *pretiosi* unguenti (ut olim observavit Bergler) expectatur mentio. Cf. commentarius.

945. *ἔα αὔτ' ὦ*] *ἔασον* Reisig, *ἔα τοι ὦ* Porson.

946. *πρῶτος Γ*] *πρῶτον* R.

---

942. Similis locus e Menandro servatus est: *ἡδὺ τὸ μύρον, παιδάριον, ἡδύ. — πῶς γὰρ οὔ; | νάρδινον!* [1]).

— *τουτογί*] vid. ad Ran. 965.

943. *εἰ μὴ . . . γε*] i. e. *ἀλλά*. Vid. ad Eq. 186.

— *διατριπτικόν*] cf. Acharnensium locus, ubi *σπονδαὶ* dicuntur *ὀξύτατον ὄζειν διατριβῆς* [2]).

944. Unguentum viro ideo non probari, quod non sit satis bonum, lepide fingit femina improba, novam morae causam hinc ducens. Itaque: *me miseram!* — exclamat — *iam video cur vana promissa merasque fallacias habere tibi videatur quod attuli unguentum: Rhodium est! aliud meliusque petam.* — Rhodiorum, qui nuper defecerunt [3]), ita fit mentio nunc ut supra Milesiorum [4]): ridendo elevantur res civitati graves atque durae.

945. *Minime opus: sat bonum est!*

— *ληρεῖς ἔχων*] vid. ad Ran. 202 et Av. 1082.

946. Cf. mariti irati clamores apud Menandrum: *ἐξώλης ἀπόλοιθ' ὅστις ποτὲ | ὁ πρῶτος ἦν γήμας, ἔπειθ' ὁ δεύτερος, | εἶθ' ὁ τρίτος, εἶθ' ὁ τέταρτος, εἶθ' ὁ Μεταγένης* [5]). Cuiusmodi dicta tragici quid habent et in mentem revocant illud: „*εἴθ' ὤφελ' Ἀργοῦς μὴ διαπτάσθαι σκάφος | Κόλχων ἐς αἶαν κυανέας Συμπληγάδας*".

---

1) Menandr. fr. 274. — 2) Ach. 193. — 3) Vid. Prolegom. p. III. — 4) Cf. vs. 108. — 5) Menandr. fr. 154.

ΜΥΡΡΙΝΗ.

(aliud vasculum afferens:)

λαβὲ τόνδε τὸν ἀλάβαστον.

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

ἀλλ' ἕτερον ἔχω!
ἀλλ' ὦ οἰζυρά, κατάκεισο, καὶ μή μοι φέρε
μηδέν.

ΜΥΡΡΙΝΗ.

ποιήσω ταῦτα, νὴ τὴν Ἄρτεμιν.
ὑπολύομαι γοῦν. — ἀλλ' ὅπως, ὦ φίλτατε,
σπονδὰς ποιεῖσθαι ψηφιεῖ.

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

βουλεύσομαι.

(Subducit se Myrrhina et aufugit.)

SCENA VIGESIMA PRIMA.

Cinesias, Chorus.

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

ἀπολώλεκέν με καὶ ἐπιτέτριφεν ἡ γυνὴ
τά τ' ἄλλα πάντα καὶ ἀποδείρασ' οἴχεται.
οἴμοι, τί πάθω! τίνα βινήσω,

---

947. *ἀλάβαστον* R] *-στρον Γ*.
950. *ὑπολύομαι* R $Γ^2$ Par.] *ἀπολύομαι* $Γ^1$, *ἀποδύομαι* Par. 2715 et *Δ*. Nascens h. deprehenditur vitium, quod etiam Vesp. 1157 invenitur. Praeterea cf. vs. 1003.

---

947. *τὸν ἀλάβαστον*] cf. Ach. 1053 Eq. 906.
— *ἕτερον ἔχω*] *iam teneo alium.*
948. *ὦ οἰζυρά*] cf. Nub. 655.
950. *ὑπολύομαι γοῦν*] *iam calceos pono* [1].
— *ὅπως ... ψηφιεῖ*] vid. ad Nub. 489.
951. *σπονδὰς ποιεῖσθαι*] vid. ad Ach. 52.
— *βουλεύσομαι*] vid. ad vs. 901.
952. *ἐπιτέτριφεν*] vid. ad Ran. 571.
953. *ἀποδείρασα*] vid. ad vs. 740.
954—958. Et numeris et verbis tragici quid inest, nec dubium quin certum aliquem locum imitetur nunc Cinesias, ex eodem fortasse dramate desumtum quod supra vs. 865 sqq. comicus respiciebat. Cognatae sunt ganeonis anguillam deflentis querelae cothurnatae: „*ὀλόμαν, ὀλόμαν, ἀποχηρωθεὶς | τᾶς ἐν τεύτλοισι λοχευομένας!*" [2]).

954. *οἴμοι, τί πάθω!*] eadem est vis verbi in participio *τί παθών* [3]); nonnihil discrepant loci qualis est Nub. 798.

---

[1]) Nos: *ik trek mijn schoenen al uit.* Cf. Nub. 152. — [2]) Pac. 1013 sq. — [3]) Vid. ad Nub. 340 Item Plut. 603.

τῆς καλλίστης πασῶν ψευσθείς;
πῶς ταυτηνὶ παιδοτροφήσω;
ποῦ Κυναλώπηξ;
μίσθωσόν μοι τὴν τιτθήν.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἦ δεινῷ γ', ὦ δύστηνε, κακῷ
τείρει ψυχὴν ἐξαπατηθείς.
καὶ ἔγωγ' οἰκτίρω σ'. αἰαῖ!
ποῖος γὰρ ἔτ' ἂν νεφρὸς ἀντίσχοι,
ποία ψυχή, ποῖοι δ' ὄρχεις,
ποία δ' ὀσφύς, ποῖος ἂν ὄρρος

---

956. *ταυτηνὶ* Reisig] *ταύτην* B *Γ*.

957. *Κυναλώπηξ Γ*] *χηναλώπηξ* R.

958. *τὴν*] *τινα* Seager fortasse recte. ‖ *τιτθήν* (*τίτθην*) *Γ*] *κύστῆν* (i. e. *κύστιν*) R, quam lectionem peperit glossema *κύσθον* superscriptum.

959 sqq. Mulierum Cinesiam irridentium esse suspicatur Bergk.

959. *ἦ* Cobet] *ἐν* R *Γ*. Cf. vs. 1031.

962. *ἔτ' ἂν* Meineke] *ἂν ἦ* R, *ἦ* (om. *ἂν*) *Γ*. Molestum est *ἤ*, videtur autem *H* dittographia natum esse e *Νεφρός*. Bergk *γὰρ νεφρὸς ἄν*.

963. *ψυχή*] *ψωλή* Brunck, *ψοιά* Bergk, *πυγή* Blaydes (coll. Ran. 1095); sed vid. Nub. 712.

964. *ἂν Γ*] *δ' ἂν* R, *δ'* schol. Ran. 224.

---

955. *ψευσθείς*] *frustratus*. Dictionis hoc elatioris [1]).

957. *Κυναλώπηξ*] *lenonis* cuiusdam hoc erat cognomen [2]).

958. *Heus tu, bone,* — sic lenonem illum alloquitur, quem inter spectatores sedere sumit, — *loca mihi nutricem, quae huic pusiolae conveniat.* „Intellegunt autem spectatores ex alumni visu quanam nutrice sit opus" [3]).

962—966. Similia in Nubibus clamat Strepsiades [4]). Ducem chori imitari nunc Andromedae Euripideae anno proximo datae [5]) verba: „*ποῖαι λιβάδες, ποία σειρήν* ...!" ait scholion, in quo plura ex Euripidis illo loco excripta afferri velles. — A *desperantibus* vel *diffidentibus* adiectivum pronominale *ποῖος* eo fere sensu usurpatur quo „*τίς ποτε* ...!" vel: „*τίς ἐν ἀνθρώποις* ...!" *cuiusmodi tandem sit oporteat is, qui* ...!, *quis tandem* ...! [6]). Conferendi autem sunt loci ubi *irridentium* est *ποῖος*: „*ποία γλυκερά!*" *quid istam vocas dulcissimam!* [7]). Nam utrique significant loqui se de re quae sibi *non* videatur *credibilis*. — De vocibus *νεφρῷ, ὀσφυῖ, ὄρρῳ* vid. ad Ran. 1280, Vesp. 740, Ran. 222. Verbum *ἀντίσχειν* significat: *satis valere ad perferendum* [8]), de *ὄρθρου* mentione vid. supra vs. 60.

---

[1]) Item Nub. 618 Thesm. 870 Soph. Ai. 1382 Herodot. IX 61. — [2]) Cf. Eq. 1069. — [3]) Sic Brunck; dicit *τὴν ψωλήν* (vid. ad Ach. 331). — [4]) Nub. 711—715. — [5]) Anno 412; vid. Thesm. 1060 schol. Ran. 53. — [6]) Cf. Eur. Hec. 160 sq. Soph. fr. 105 Aeschin. III § 121 Demosth. XIX § 282. Item nos: *wat* ...! pro *welke* ...! — [7]) Vs. 971. — [8]) Nos: *het uithouden*, Herodot. VIII 68 etc.

κατατεινόμενος
καὶ μὴ βινῶν τοὺς ὄρθρους;

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

ὦ Ζεῦ, δεινῶν ἀντισπασμῶν!

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ταυτὶ μέντοι νυνί σ' ἐποίησ'
ἡ παμβδελύρα καὶ παμμυσάρα.

DUX MULIERUM.

μὰ Δί' ἀλλὰ φίλη καὶ παγγλυκέρα.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ποία γλυκερά!

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

μιαρά, μιαρὰ δῆτ'! ὦ Ζεῦ, Ζεῦ,
εἴθ' αὐτὴν ὥσπερ τοὺς θωμοὺς
μεγάλῳ τυφῷ ξυγγογγύλας

---

966. *καὶ μὴ βινῶν*] *μὴ βινοῦντος* vHerwerden. || *βινῶν Γ*] *κινῶν* R.
970. Cinesiae dat Iunt.
971. Fortasse *μιαρὰ μᾶλλον* vel eiusmodi quid in fine excidit.
972—979. Cinesiae dedit Tyrwhitt; choro senum continuant R Γ. Mutatae personae indicium est *δῆτα*.
972. *Ζεῦ, Ζεῦ* Brunck] *Ζεῦ, ὦ Ζεῦ* R Γ.
975. Post *τυφῷ* Cobet delevit verba: *καὶ πρηστῆρι ξυστρέψας καί*, verborum *τυφῷ* et *ξυγγογγύλας* glossemata ratus. Quae licet docte et copiose defenderit Vahlen (Ind. Lect. Berol. hib. 1898 p. 9 sqq.), non tamen a me impetro ut in textu relinquam quae nimis languida videantur. Cf. Thesm. 61 et vid. ad Av. 16. || *ξυγγογγύλας* Enger Cobet VL² p. 375] *ξυγγογγυλίσας* R Γ. Cf. Thesm. 61.

---

967. *Lugentium* huiuscemodi clamores non admittunt articulum [1]). Neque *laudantes* qui genitivo ita utuntur articulum praemittunt [2]). Distinguendi hinc sunt loci ubi *admirantis* — admixta plerumque vituperatione — est genitivus: *τῆς τέχνης! τοῦ καπνοῦ!* similia [3]); cui loquendi generi proprius est articulus.

969 sq. De voce *παν-* in compositione adhibita vid. supra vs. 187, de adiectivo *-μυσαρῷ* vs. 340.

971. *ποία*] vid. ad Ran. 529.

972. *μιαρὰ δῆτα*] de particulae *δῆτα* hoc usu vid. ad Eq. 725 sq.

973—979. Simillimis imprecationibus suum ipsius caput devovet Philocleon

---

[1]) Vid. Ach. 1205, 1210 Nub. 925, 1476 Plut. 1126—1132. — [2]) Vid. ad Ach. 488. — [3]) Vid. ad Vesp. 161 Nub. 153.

οἴχοιο φέρων, εἶτα μεθείης·
ἡ δὲ φέροιτ' αὖ πάλιν εἰς τὴν γῆν,
κᾆτ' ἐξαίφνης...
περὶ τὴν ψωλὴν περιβαίη!

(Prodit praeco Lacedaemonius.)

SCENA VIGESIMA SECUNDA.

Cinesias, Praeco.

ΚΗΡΥΞ.

πᾶ τᾶν Ἀσανᾶν ἐστιν ἁ γερωχία
ἢ τοὶ πρυτάνιες; λῶ τι μυσίξαι νέον.

980. *γερωχία*] *γερω(ʽ)ία* Valckenaer fortasse recte, sed vid. commentarius.
981. *μυσίξαι* (*μυσύξαι*) *Γ*] *μυθίξαι* R.

desperans, is quoque verbulis tragicis lepidissime usus [1]). — *Pro Iuppiter!* — nunc clamat Cinesias miserrimus — *abripe istam, ut aristas venti turbine conglobatas!* Rara voce *θωμῷ* (*cumulo stramenti* vel *sarmentorum*), quacum cf. *θῶμιγξ chorda* [2]), noster etiam alibi est usus [3]). De voce *τυφῷ* vid. Ran. 848. Verbum *γογγύλλειν* cum adiectivo *γογγύλῳ rotundo* [4]) cohaerens redit in Thesmophoriazusis [5]).

980. *γερωχία*] sic comicus reddidit gentis vicinae sonos horridos, *aurium* tantum, non *oculorum* ratione habita. Internam enim dialecti doricae adspirationem audiens, in quam quodvis sigma inter duas vocales tunc temporis illic abierat [6]), agnoscere sibi visus est suae linguae sonum *X*, eum certe sonum qui littera *X* quam littera *H* ab ipso indicari posset melius. Sic *brachman* scribentes videas hodiernos id quod *brahman* est in ipsa lingua Indorum. Ipsi Lacedaemonii dicebant *γερωhία*, quae nata est vox e prisco *γεροντία* [7]), quemadmodum *ἡβάοντjα* sive *ἡβάονσα* factum est *ἡβῶhα* teste inscriptione saeculi Vi, qua „*Damonon septies Neptunia, quater Eleusinia ἐνhηβώhαις hίπποις* (*ΕΝ*Η*ΕΒΟ*Η*ΑΙΣ* Η*ΙΠΠΟΙΣ*) *vicisse se*" gloriatur [8]). Sic etiam *ἐνίκαἑ, ἐποίηἑ, νικάἁς, Ποοιδάν* alia dicebant et scribebant illic. Similem autem rationem nunc secutus est comicus in reddendis sonis linguae vicinae atque ea est qua *Σ* pro laconico *Θ* [9]) Athenienses scripserunt et *Ζ* pro Eleorum sono *Δ*. Quod autem parum sibi constans infra dedit „*πᾶά, Μῶά*" alia, non „-*χα*", id urgaendum non videtur, quoniam voci *γερωhίᾳ* ab ipsius lingua alienae stirpem verbi *ἔχειν* inesse putare potuit. Et fortasse in fabulae parte priore simile quid scripsit: *ῥυχάχετον* pro *ῥυἄχετον* [10]).

981. *λῶ*] vid. ad Ach. 749.

— *μυσίξαι*] vid. ad vs. 94.

[1]) Vid. Vesp. 323 sqq. — [2]) Aesch. Pers. 461 etc. — [3]) Ar. fr. 217 (= 94 ?). Cf. Aesch. Ag. 295. — [4]) Pac. 28 Thesm. 1185, ubi substantivi loco adhibitum *paniculum rotundum, een bolletje*, significat. — [5]) Thesm. 56, 61. — [6]) Olim aliter illic scribebatur; sic *Φλειάσιοι* (non -*ιοι*) legitur in inscriptione victoriam Plataicam celebranti (IGA. 70, Coll. 4406). — [7]) Vid. Xen. Rep. Lac. 10 § 1 et 3 (*γερουσία* Plut. Lys. 6). — [8]) IGA. 79 Cauer Del.² 17 • Coll. 4416. — [9]) Vid. ad vs. 81. — [10]) Vid. vs. 170.

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

τίς δ' εἶ σύ; πότερ' ἄνθρωπος ἢ Κονίσαλος;

ΚΗΡΥΞ.

κάρυξ ἐγών, ὦ κυρσάνιε, ναὶ τὼ σιώ,
ἔμολον ἀπὸ Σπάρτας περὶ τᾶν διαλλαγᾶν.

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

καὶ ἔπειτα δόρυ δῆθ' ὑπὸ μάλης ἥκεις ἔχων;

ΚΗΡΥΞ.

οὐ τὸν Δί' οὐκ ἐγών γα.

982—1012. Quae h. l. *Cinesiae* sunt, in codd. tribuuntur *Προ(βούλῳ)* aperto errore; nam dudum senex ille, qui vs. 387 prodiit, fugatus est, non facile opinor rediturus, is autem qui nunc verba facit adolescens est. Aliquantisper dubitavi an „*Πρ(ύτανις)*" esset scribendum, cum praesertim in Thesmophoriazusis *Πρυτάνεώς τινος* aliquae sint partes. Nunc tamen arbitror verum praebere scholia, ubi haec leguntur: „*ἐν ἄλλῳ Κινησίας ἦν ὁ λέγων*". Quae perperam versui 1014 sunt adscripta, spectant enim vs. 1007—1012. Etiam Bentley tribuit Cinesiae vs. 982 etc.

982. *τίς δ' εἶ σύ;* Bergk] *σὺ δ' εἶ τίς* R, *σὺ δ' εἶ Γ*, *σὺ δ' εἶ τί;* Bentley, *σὺ δὲ τίς; πότερον* Bisetus. || *πότερ'* Bentley (ut Ach. 784 Ran. 1141 etc.)] *πότερόν* R *Γ*.

983. *κάρυξ Γ*] *κῆρυξ* R.

984. *περὶ τᾶν διαλλαγᾶν*] *γα περὶ δ.* Porson (ut vs. 1009, 1101 etc.), *διαλλαγᾶν πέρι* vHerwerden; sed cf. vs. 144 et 982.

986. *γα Γ*] *γε* R.

---

982. Ipsum impudicitiae daemonem [1]) agnoscere sibi videtur Cinesias. Ab hoc daemone *πριαπῴδει* Spartiatarum quaedam *σκίρτησις σατυρικὴ ἡ τῶν ἐντεταμένων τὰ αἰδοῖα* [2]) nomen habebat, cuius fit mentio in Therae quadam inscriptione perantiqua: *Κρίμων πράτιστος ϙονιάλωι Σιμίαν ἴανε* (?) [3]). — Cum toto autem versu cf. Av. 1203.

983. *κυρσάνιε*] vocem etiam infra obviam [4]) sed aliunde ignotam grammatici *iuvenem* interpretantur [5]); quod bene convenit contextui. Cf. infra *λισσάνιε* [6]). Est autem littera Σ nunc quoque pro laconico sono Θ a comico scripta [7]); non enim diversas esse voces quae apud Photium et Hesychium afferuntur: „*σκυρθάνια* (*τά*? an *σκυρθανία* collective dictum?) *ἔφηβοι*" et: „*σκυρθάλιος* (l. *-νιος*?) *νεανίσκος*", quivis videt, fortasse autem suspicaretur aliquis olim *κυρθανία* et *κυρθάνιος* in lexicis fuisse allata, superscriptum autem sigma (*κυρθαν*... with σ written above) in alienum locum migrasse, nisi alia glossa Photiana: „*σκύθραξ· μεῖραξ, ἔφηβος*" huic opinioni refragaretur.

— *ναὶ τὼ σιώ*] vid. ad Ach. 905.

984. *περὶ τᾶν διαλλαγᾶν*] vid. ad Eq. 669.

985. *καὶ ἔπειτα ... δῆτα*] vid. ad Av. 1217.

— *ὑπὸ μάλης*] *sub ala sinistra*, veste igitur tectum [8]).

986. *οὐ*] sic pro (*οὐ*) *μά* dicebant Dorienses [9]), item tragici [10]).

---

[1]) Vid. Platon. fr. 174 (in annot. ad Eq. 634 sqq. excriptum). — [2]) Hesych. s. v. — [3]) Coll. 4790 *d*. — [4]) Vid. vs. 1248. — [5]) Schol. Phot. Hesych. — [6]) Vs. 1171. — [7]) Vid. ad vs. 81. — [8]) Cf. Plat. Gorg. 469 *d*, *e* Xen. Hell. II 3 § 28 etc. — [9]) Item vs. 990, 1171 Theocrit. V 14 et 17 etc., Xen. Anab. VII 6 § 39 Agesil. 5 § 5. — [10]) Vid. Soph. Ant. 758 Oed. R. 660, 1088 El. 1063, 1239.

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

ποῖ μεταστρέφει;
τί δὴ προβάλλει τὴν χλαμύδ'; ἢ βουβωνιᾷς
ὑπὸ τῆς ὁδοῦ;

ΚΗΡΥΞ.

(iratus:)

Ϝαλεός γα, ναὶ τὸν Κάστορα,
ὤνθρωπος!

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

ἀλλ' ἔστυκας, ὦ μιαρώτατε!

---

987. *δή* R] *δὲ* Γ, *δὲ δή* Bothe.

988. **Ϝαλεός γα*] *παλεός γα* schol., *πάλαιδργα* R Γ. Alienum hinc duco adiectivum *παλαιόν veterem*; itaque non video quid prosit collatum Timothei carmen nuper repertum, in quo bis legitur *παλεο-* pro *παλαιο-* (vs. 90 et 120; vid. vWilamowitz, Timotheos die Perser, p. 41), assentior autem ei qui in scholiis scripsit: „*πλεονάζει τὸ π.*" Correctionem praebet Hesychius: „*ἀλαιός. ὁ παλαιός. ἄφρων Αἰσχύλος*". Ubi *ἀλεός* (id quod epice *ἠλεός*) fuisse scribendum vidit Dindorf coll. Et. M. et Herodian. *π. μον. λέξ.* 4, 19: „in *-αλεος* quae desinunt si tres syllabas excedunt sunt „proparoxytona (*δαιτάλεος* etc.), trisyllaba vero accentum in fine habent: *τὸ γαλεός*, „*ἀλεός, παλαιός*". Aeschyli vero nomen apud Hesychium fortasse errori debetur; nam Aristophanis hunc locum respici quivis suspicetur. Voci laconicae praemittendum esse digamma — sive in littera Π id latitat, sive prorsus e codd. evanuit — e numeris efficio. Finalis denique littera Ρ cum nullo testimonio e lapidibus laconicis saeculi V[i] petito possit defendi, neque apud comicum rhotacismi inveniantur alia vestigia, videtur deberi grammatico alicui usum aetatis recentioris secuto; et sic statuerunt v. d. Muellensiefen et Boisacq. Quamquam quod hic putat, grammatico illi exemplo fuisse glossam Hesychianam *παλαιόρ*, id minus probabiliter videtur disputatum; nam e nostri loci prava lectione illud *παλαιόρ* desumtum esse potius erat statuendum.

989. *ὤνθρωπος* Toup] *ἄνθρωπος* R Γ.

---

987. *προβάλλει*] *praetendis* [1]).

— *βουβωνιᾷς*] de hoc verbo videatur Ran. 1280.

988. *Protervus profecto est iste homo!* — Adiectivum *Ϝαλεός*, quod notum est ex epica locutione *φρένας ἠλεός* [2]) et epico verbo item ab hac stirpe ducto *ἀλλοφρονεῖν desipere* [3]), id valet quod *μάταιος, παράφρων* [4]). Sic Dorienses etiam *ἀλεόφρων* dicebant teste Hesychio. Nostro loco *Ϝᾱλεός* dictum esse, ut *ἠλέ* sive *ἠλεέ, ἠλjέ* apud Homerum, docet metrum.

989. Nunc demum quid rei sit intellegit Cinesias.

---

[1]) Cf. vs. 1096 et vid. ad Nub. 973—976. — [2]) Hom. Ο 128 β 243 ξ 464. — [3]) Vid. ad Hom. Ο 245 Herodot. V 85. — [4]) Vid. schol., Et. M. 59, 41 sqq., Suid., Hesych. *ἀλαιός*, GHermann ad Soph. Oed. R. 1219.

ΚΗΡΥΞ.

οὐ τὸν Δί' οὐκ ἐγών γα· μηδ' αὖ πλαδδίη.

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

τί δ' ἐστί σοι τοδί;

ΚΗΡΥΞ.

σκυτάλα Λακωνικά.

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

εἴπερ γε χαὔτη 'στὶ σκυτάλη Λακωνική.
ἀλλ' ὡς πρὸς εἰδότ' ἐμὲ σὺ τἀληθῆ λέγε.
τί τὰ πράγμαθ' ὑμῖν ἐστι τὰν Λακεδαίμονι;

ΚΗΡΥΞ.

ὀρσὰ Λακεδαίμων πᾶἁ καὶ τοὶ σύμμαχοι.
ἅπαντες ἐστύκαντι· πελλάνας δὲ δεῖ.

---

993. *εἰδότ' ἐμὲ* Porson] *-τα με* R Γ.

995. In fine versus clausi sententiam; sic aptius iunguntur verba et dictionis est brevitas vere Laconica.

996. *πελλάνας*] vox ignota, fortasse corrupta. Quam a littera maiuscula ordiri

---

990. *οὐ τὸν Δία*] cf. vs. 986.

— *μηδ' αὖ πλαδδίη*] *noli denuo desipere, sat nugarum* [1]).

991. Perhibet praeco tenere se epistulam ephororum ad senatum populumque Atheniensium perferendam, „bacillum litteris de pace componenda inscriptum" [2]). Nempe priscum morem servantes epistulas publicas — brevitate insignes — in ligno scribere [3]) solebant Lacedaemonii rerum vetustarum tenacissimi [4]).

992. *εἴπερ γε*] vid. ad Nub. 251.

— *αὔτη*] suam ipsius „clavam" indicat [5]).

993. *Ϝειδόσι πᾶσ' ἦμιν Ϝερέεις, φίλε* [6]), *ἀτρέστῳ καρδίᾳ πρὸς εἰδότας λέγε* [7]).

995. *Arrecta est omnis Lacedaemon et socii.* Perridicule nunc praeco utitur locutione vitae communis, quae ex oratoribus nota est: *ὀρθὴ ἡ πόλις ἐγένετο διὰ τὸ μέγεθος τῶν αἰτιῶν perturbata est civitas ob gravissimum illud crimen violatorum mysteriorum* [8]), *ὀρθὴ ἦν ἡ πόλις ἐν τοῖς συμβεβηκόσιν* post cladem ad Chaeroneam acceptam [9]).

996. *πελλάνας*] vox Laconica aliunde ignota — si sit sana [10]). Quod in scholiis dicitur, *puellae* nomen fuisse Pellenen, id ex ipso hoc loco interpretes

---

[1]) Vid. vs. 171. Nos: *nu verder geen onzin!* — [2]) Leopold, quem vid. de Scytala Laconica ingeniose disputantem Mnemos. 1900 p. 365—391. — [3]) Sequor Leopoldum, qui iure reiecisse mihi videtur scytalae descriptionem notissimam, quam vide apud Gellium XVII 9 § 6. — [4]) Vid. Thucyd. I 131 Xen. Hell. III 3 § 8 sq. V 2 § 33 et 37 Plut. Alcib. 38 Artax. 6 Lys. 19 Ages. 10, 15 Polyaen. VII 19. — [5]) De omisso substantivo vid. ad Ach. 331. — [6]) Vid. Hom. Κ 250 Ψ 787. — [7]) Cf. Aesch. Agam. 1402. — [8]) Isocrat. XV § 7. — [9]) Lycurg. Leocr. § 39; item Hyperid. fr. 39 Plut. Dem. 18. Nos: *op de been* (vel: *op stellen*) = *in opschudding*. — [10]) Vid. annot. crit.

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

ἀπὸ τοῦ δὲ τουτὶ τὸ κακὸν ὑμῖν ἐνέπεσεν;
ἀπὸ Πανός;

ΚΗΡΥΞ.

οὔκ, ἀλλ' ἄρχεν, οἰῶ, Λαμπιτώ·
ἔπειτα τἆλλαι ταὶ κατὰ Σπάρταν ἁμᾶ
γυναῖκες, ᾇπερ ἀπὸ μιᾶς ὑσπλαγίδος,
ἀπήλαἀν τὼς ἄνδρας ἀπὸ τῶν ὑσσάκων.

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

πῶς οὖν ἔχετε;

---

solent editores; sed alienum hinc est nomen, sive *meretricis* intellegas cum prisco quodam interprete, sive *urbis* Achaïcae (Av. 1421; sic Bothe cum altero scholiasta, coll. vs. 1093 vestimenta Pellanea cogitans), sive *regionis* Thraciae (*Pallenes*). Cuiusmodi quid requiratur apparet coll. Pac. 870.

997. *ἐνέπεσεν Γ*] *ἔπεσεν* R.

998. *ἄρχεν* Elmsley] *ἀρχάμεν* R *Γ*; *ἄρχε μὲν* correxerat GHermann.

999. *ἔπειτα τ'* Elmsley] *ἔπειτ' Γ*, *ἔπειτα δ'* R. ‖ *κατὰ* R] *κατὰ τὰν Γ*.

1000. *ὑσπλαγίδος Γ*] *-πλάτιδος* R.

1001. *ἀπήλα(ὁ)αν* Enger] *-λῶν Γ*, *-λαον* R, sed schol. interpretatur *ἀπήλασαν*, idemque in *Γ* superscriptum legitur. ‖ *ὑσσάκων* R] *αὐσσάκων* vel *αὐσσάκων Γ*.

---

effecisse patet [1]), est autem egregie absurdum.

998. Terroris de improviso iniecti auctor habebatur Pan, et Marathoniam victoriam magna ex parte ei acceptam referebant Athenienses [2]); huiusce autem mali non minus probabiliter ab eo, utpote *ἐρωτικωτάτῳ*, Cybelae Bacchi Veneris comite, repetitur causa.

1000. *ἀπὸ μιᾶς ὑσπλαγίδος*] i. e. *μιᾷ ὁρμῇ*, *uno impetu*, *ὁμοθυμαδόν*, *omnes simul*, ita ut ex composito — *ἐξ ἑνὸς λόγου*, ut mox dicitur [3]) — rem fieri luculenter appareret. Est *ὑσπλαγίς*, att. *ὑσπλή(γ)ξ*, id quod *βαλβίς*, *repagulum* cursores retinens, quo demisso cursus ineundi datur signum. Eadem imagine noster utitur in Acharnensibus [4]), vox autem *ὑσπλή(γ)ξ* redit apud Platonem in nota animi humani cum bigis comparatione [5]), et saepius apud recentiores [6]).

1001. Vocis rarioris sonus lusum praebet: omnes simul viros propulsarunt *ἀπὸ τῶν „ὑσσάκων"* — sive *ἀπὸ τῶν ὑῶν* [7]) — ut *ἀπὸ μιᾶς „ὑσπλαγίδος"*. Apud Photium quae leguntur: *„ὑσσάκους· τοὺς πασσάλους. Ἀριστοφάνης Λυσιστράτῃ· καὶ οἱ Δωριεῖς"* manifeste sunt vitiosa; nisi fallor, confusa sunt quae de *πάσσἀκι* voce dorica (= *παττάλῳ*) in Acharnensibus obvia [8]) et quae de *ὕσσἀκι* (nam sic potius scripserim quam *ὑσσάκῳ*) voce item dorica sic fere annotaverant veteres: *„πάσσακας τοὺς πασσάλους οἱ Δωριεῖς καὶ Ἀρ. Ἀχ."* et: *„ὑσσάκων· τῶν γυναικείων μορίων* [9]) *οἱ Δωριῆς καὶ Ἀρ. Λυσ."*

---

[1]) Idem censent Dindorf et Blaydes. — [2]) Vid. Herodot. VI 106. — [3]) Vs. 1005. — [4]) Ach. 483. — [5]) Plat. Phaedr. 254 *e*. — [6]) Theocrit. VIII 58 Lucian. V § 20 Pausan. VI 20 § 7 etc. — [7]) Vid. ad Ach. 767. — [8]) Ach. 763. — [9]) Sic recte scholion h. l.; erroris autem nescio an principium fuerit Eccl. 1020.

ΚΗΡΥΞ.

μογίομες· ἂν γὰρ τὰν πόλιν
ἅπερ λυχνοφορίοντες ὑποκεκύφαμες.
ταὶ γὰρ γυναῖκες οὐδὲ τῶ μύρτω σιγῆν
ἐᾶντι πρίν κα ἅπαντες ἐξ ἑνὸς λόγω
σπονδὰς ποιηὥμεσθα καττὰν Ἑλλάδα.

ΚΙΝΗΣΙΑΣ.

τουτὶ τὸ πρᾶγμα πανταχόθεν ξυνομώμοται
ὑπὸ τῶν γυναικῶν· ἄρτι νυνὶ μανθάνω.
ἀλλ' ὡς τάχιστα φράζε περὶ διαλλαγῶν
πρέσβεις ἀποπέμπειν αὐτοκράτορας ἐνθαδί·
ἐγὼ δ' ἑτέρους ἐνθένδε τῇ βουλῇ φράσω
πρέσβεις ἑλέσθαι, τὸ πέος ἐπιδείξας τοδί.

ΚΗΡΥΞ.

ποτάδμαι· κράτιστα γὰρ παντᾶ λέγεις.

(Ambo abeunt, dextrorsum Cinesias, sinistrorsum praeco.)

1003. *ὑποκεκύφαμες* Hamaker] *ἀποκ.* R *Γ*, *ἐπικ.* Reiske (ut Thesm. 239), quod aptum foret, si mente suppleri posset dativus aliqui; *ὑποκύπτειν* vero (Vesp. 555) et *ἐγκύπτειν* absolute usurpantur. Cf. vs. 950.
1004. *οὐδὲ* R] *οὔτε* *Γ*. ‖ *σιγῆν* (*-εῖν*) *Γ*] *θιγῆν* R.
1005. *ἐᾶντι*] *ἐῶντι* R *Γ*. ‖ *κα* (*χ'*) Elmsley] *γ'* *Γ*, om. R; cf. vs. 173.
1006. *ποιηὥμεσθα*] *-σώμ-* *Γ*, *-σόμ-* R; cf. vs. 995. ‖ **καττὰν*] *ποττὰν* R *Γ*.
1009. *περὶ* R] *περὶ τῶν* *Γ*.
1010. *πρέσβεις ἀποπέμπειν αὐτοκράτορας* Bachmann] *αὐτοκράτορας πρέσβεις ἀποπέμπειν* *Γ*, *αὐτ. πρ. πέμπειν* R.
1013. *παντᾶ* Bentley] *πάντα(ι)* R *Γ*.

1003. *Incurvi incedimus, ut qui lucernam a vento protegunt* [1]). Cf. versus Hesiodei de hominibus cum procella brumali conflictantibus: *τότε δὴ τρίποδι βροτοὶ ἶσοι,* | *οὗ τ' ἐπὶ νῶτα ϜέϜαγε, κάρη δ' εἰς οὖδας ὁρᾶται·* | *τῷ Ϝίκελοι φοιτῶσιν, ἀλευάμενοι νίφα λευκήν* [2]).

1004. *οὐδὲ τῶ μύρτω σιγῆν*] *οὐδὲ θιγεῖν τοῦ γυναικείου αἰδοίου* (schol.).

1005. *ἐξ ἑνὸς λόγω*] cf. vs. 1000 et vid. ad Plut. 760.

1006. *Per totam Graeciam inducias ineamus omnes.* De locutione *σπονδὰς ποιεῖσθαι* vid. ad Ach. 52.

1008. *ἄρτι νυνὶ μανθάνω*] vid. ad vs. 71.

1009 sq. Cf. Av. 1577 et 1595 et de praep. *περὶ* vid. ad Eq. 669.

---

[1]) Recte sic schol. — [2]) Hes. Oper. 533 sqq.

SCENA VIGESIMA TERTIA.

Senes, Mulieres.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

οὐδέν ἐστι θηρίον γυναικὸς ἀμαχώτερον,
οὐδὲ πῦρ, οὐδ' ὧδ' ἀναιδὴς οὐδεμία πόρδαλις.

DUX MULIERUM.

ταῦτα μέντοι σὺ ξυνιεὶς εἶτα πολεμεῖς ἐμοί,
ἐξόν, ὦ πονηρέ, σοι βέβαιον ἔμ' ἔχειν φίλην;

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ὡς ἐγὼ μισῶν γυναῖκας οὐδέποτε παύσομαι.

1015. *πόρδαλις*] *πάρδαλις* R².

1016. *σὺ*] add. Bentley. ‖ *ξυνιεὶς*] *-εῖς* R *Γ*. ‖ *ἐμοί* GHermann] *εἰπέ μοι* R *Γ* (est dittographema *ΕΙΠε* e *πολεμΕΙΣε* natum).

1017. *σοι βέβαιον ἔμ'* GHermann] *σὺ βεβαῖάν μ'* R *Γ*. Simile est vitium Plut. 547; hoc autem loco et numeri poscunt *βέβαιον* pro *-αν*, et ipsa lingua, duarum enim, non trium terminationum est adiectivum. ‖ *ἔχειν Γ*] *ἔχων* R.

1014. *ἀμαχώτερον*] vid. ad vs. 253.

1015. *οὐδὲ πῦρ*] vid. ad Eq. 382.

— *οὐδ' ὧδ' ἀναιδὴς οὐδεμία πόρδαλις*] convicii loco vox *πόρδαλις* adhibetur etiam in versu: *τὴν πόρδαλιν καλοῦσι, τὴν κασαλβάδα, vocant eam pantheram, vocant scortum* [1]). Quo loco collato qui nostrum versum verterit: *nulla panthera tam est impudens quam mulier*, errorem non commiserit, nec tamen exhauserit vim adiectivi *ἀναιδοῦς*. Cuius potestas primitiva, ex Homero et aliunde cognita, etiam in hac comparatione agnoscitur. Nam quemadmodum *λαᾶς ἀναιδής* est *saxum molis ingentis* quodque averti deflective nequeat [2]), et *πόντος ἀναιδής* est *mare invictum* [3]), et *ἀναιδείας λίθος* sive *lapis implacabilium* dicebatur suggestum in quo stabat qui paricidam accusabat coram areopago, sic mulieres *ἀναιδεῖς* nunc dicuntur quae *flecti nesciant* summaque pervicacia scopum suum petant, nihil reformidantes, nulli parcentes, ut fera praedae inhians. Sunt — ut utar epitheto quo *apros* designavit Bacchylides — sunt *ἀναιδομάχαι* [4]). Quae si dominabuntur, adesse dicas aevum illud quo *Αἰδόα καὶ Νέμεσιν* sive rerum divinarum et humanarum reverentiam terram derelicturas cecinit priscus vates [5]).

1016. *εἶτα*] vid. ad Nub. 624.

1018. Hippolytum illum loqui dixeris, qui mulieribus pessima quaevis imprecatus *ὄλοισθε!* — clamat — *μισῶν οὔποτ' ἐμπλησθήσομαι | γυναῖκας, οὐδ' εἴ φησί τίς μ' ἀεὶ λέγειν· | ἀεὶ γὰρ οὖν πώς εἰσι κακεῖναι κακαί* [6]). — De particula *ὡς* vid. ad Ach. 333.

---

[1]) Ar. fr. 478; de articuli in hoc trimetro usu vid. Soph. Ai. 726 et ad Av. 58. — [2]) Hom. *Δ* 521 etc. — [3]) Inscr. Coll. 3114. Nos: *niets ontziende*. — [4]) Vid. Bacch. V 105. — [5]) Hes. Oper. 200. Vid. etiam Soph. O. C. 1268. — [6]) Eur. Hipp. 664 sqq.

DUX MULIERUM.

ἀλλ' ὅταν βούλῃ σύ. νῦν δ' οὖν οὔ σε περιόψομαι
γυμνὸν ὄνθ' οὕτως. ὁρῶ γὰρ ὡς καταγέλαστος εἶ.
ἀλλὰ τὴν ἐξωμίδ' ἐνδύσω σε προσιοῦσ' ἐγώ.

(Tunicis senes denuo induunt.)

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

τοῦτο μὲν μὰ τὸν Δί' οὐ πονηρὸν ἐποιήσατε·
ἀλλ' ὑπ' ὀργῆς γὰρ πονηρᾶς καὶ τότ' ἀπέδυν ἐγώ.

DUX MULIERUM.

πρῶτα μὲν φαίνει γ' ἀνήρ, εἶτ' οὐ καταγέλαστος εἶ.
κεἴ με μὴ ἐλύπεις, ἐγώ σου κἂν τόδε τὸ θηρίον
τοὐπὶ τῷ ὀφθαλμῷ λαβοῦσ' ἐξεῖλον ἄν, ὃ νῦν ἔνι.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

τοῦτ' ἄρ' ἦν με τοὐπιτρῖβον! δακτύλιος οὑτοσί·
ἐκσκάλευσον αὐτό, κᾆτα δεῖξον ἀφελοῦσά μοι,
ὡς τὸν ὀφθαλμόν γέ μου, νὴ τὸν Δία, πάλαι δάκνει.

1019. νῦν δ' οὖν Γ] νῦν δ' (om. οὖν) R; Bentley νυνὶ δ'.
1020. ὁρῶ] ὅρα Dobree.
1023. τότ' R] τόδ' Γ.
1025. κεἰ Dobree] κἂν R Γ. || με μὴ (ἐ)λύπεις Fl. Christianus] μή με λυπῇς R, μή με λυπεῖς Γ. || κἂν Γ] γ' ἂν R.
1027. δακτύλιος Γ] ὁ δακτύλιος R.
1028. ἐκσκάλευσον Γ] ἐκσάλευσον R.

1019. ἀλλ' ὅταν βούλῃ σύ] mente supplendum: παύσει. *Tunc igitur desines, cum lubitum fuerit*; quodsi nunquam fuerit lubitum, per me nihil obstat quominus odisse me pergas. Urbanis sic verbis iocose seni permittit id quod ille minatus est [1]). Non recte scholiasta e versu 1017 repetere „ἔχε" nos iubet; „ἕξεις" certe dicere debebat, — nam syntaxis aut poscit: εἰ βούλει ἔχε aut: ὅταν βούλῃ ἕξεις —, sed ne sic quidem satis apta erunt sequentia: *tunc cum voles amicam me habebis, nunc autem curabo ne nudus risum praebeas*. Nam ultimis verbis mulier testatur se vel invito viro amicam fore.

— οὐ περιόψομαι] vid. ad Ran. 509.

1020 sq. Cf. vs. 662.

1023. ὑπ' ὀργῆς] vid. ad Nub. 835.

— τότε] *modo*. Cf. Thesm. 217, 642 et vid. ad Plut. 834.

1024. πρῶτα ... εἶτα] cf. Av. 114—117.

— ἀνήρ] vid. ad Nub. 823.

1027 sq. Senex, cui male est, — nam iram deponere non vult et tamen eius animum commovent mulieris blanditiae, — cupidus arripit fictam causam oculorum tumentium quam illa ei „suggessit", itaque „*en*" ait „*anulus*", — ad invertendam credo oculi palpebram, ut protrahi possit bestiola quae sub ea lateat.

1027. ἄρ' ἦν] vid. ad Vesp. 183.

— με] vid. ad Av. 95.

— ἐπιτρῖβον] vid. ad Ran. 571.

1028. ἐκσκάλευσον] cf. Ach. 1014.

---

1) *Ga gerust uw gang! à votre aise!* vel: *nu dat moet ge zelf weten.* Recte Bothe.

DUX MULIERUM.

ἀλλὰ δράσω ταῦτα· καίτοι δύσκολος ἔφυς ἀνήρ.
ἦ μέγ', ὦ Ζεῦ, χρῆμ' ἰδεῖν τῆς ἐμπίδος ἔνεστί σοι.
οὐχ ὁρᾷς; οὐκ ἐμπίς ἐστιν ἥδε Τρικορυσία;

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

νὴ Δί' ὤνησάς γέ μ', ὡς πάλαι γέ μ' ἐφρεωρύχει·
ὥστ', ἐπειδὴ ἐξῃρέθη, ῥεῖ μου τὸ δάκρυον πολύ.

DUX MULIERUM.

ἀλλ' ἀποψήσω σ' ἐγώ, καίτοι πάνυ πονηρὸς εἶ,
καὶ φιλήσω.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

μὴ φιλήσῃς.

DUX MULIERUM.

ἤν τε βούλῃ γ', ἤν τε μή.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

ἀλλὰ μὴ εἰς ὥρας ἵκοισθ'! ὡς ἐστὲ θωπικαὶ φύσει!

1030. *ἔφυς* Porson] *γ' ἔφυς* R Γ.
1031. *τῆς*] *τοῦτ'* Blaydes.
1034. *μου*] *μοι* Blaydes.
1035. *πάνυ* Fl. Christianus] *γε πάνυ* R Par.
1037. *εἰς*] add. Bentley. Dindorf *ὥρασ'* (non addito *εἰς*); vid. vs. 391.

1031. Cf. Av. 162 et de usu vocis *χρήματος* vid. ad Vesp. 266.

1032. Culicem ex oculo senis exemisse se fingit muliercula, sed simul *τὸ πέος* senis indicans ridicule id vocat *ἐμπίδα* [1]) *Τρικορυσίαν*, i. e. *τρικρουσίαν*, eo sensu quo alius quis senex *τριέμβολον στύεσθαι* se iactat [2]); cf. etiam *Προκρούστου* nomen in novum sensum detortum [3]). Mox autem eodem iocandi genere [4]) usus chorus commemorat *Καρυστίους ξένους τινάς*, cum *κρουστι(κ)ούς τινας* velit intellegi [5]). — Oppidum *Tricorythum* inter paludes iacens multos aluisse culices ait scholiasta, nec ego sum qui ei obloquar; non tamen hanc ob causam sed propter nominis sonum nunc fit loci mentio [6]).

1033. *μ' ἐφρεωρύχει*] i. e. *ὤρυττέ με ὡς φρέαρ τι*. Vid. ad Eq. 313.

1034. Flet senex, sed non vult flere, et lacrimas animi commoti indicium esse negat, ut in Vespis Philocleon [7]).

1036. Vim licet appelles, grata est vis illa, his certe viris, non iuveni in Ecclesiazusis, cui oscula figere conatur vetula iisdem verbis usa [8]).

1037. *μὴ εἰς ὥρας ἵκοισθε*] i. e. *κάκιστ' ἀπόλοισθε* [9]). Invitus flectitur senex.

---

[1]) Vid. Av. 244. — [2]) Av. 1256. — [3]) Eccl. 1021, vid. etiam ibid. vs. 256 sq., 618, 989 sq. — [4]) De quo vid. ad Vesp. 84. — [5]) Vid. vs. 1059 et cf. Eq. 1379. — [6]) Cf. similis error Ran. 1296. — [7]) Vesp. 982—984. — [8]) Eccl. 981, item ibid. vs. 1097. — [9]) Vid. ad vs. 391.

καί ἐστ' ἐκεῖνο τοὔπος ὀρθῶς κοὐ κακῶς εἰρημένον·
„οὔτε σὺν πανωλέθροισιν οὔτ' ἄνευ πανωλέθρων".

DUX MULIERUM.

ἀλλὰ νυνὶ σπένδομαί σοι, καὶ τὸ λοιπὸν οὐκέτι
οὔτε δράσω φλαῦρον οὐδὲν οὔθ' ὑφ' ὑμῶν πείσομαι.
ἀλλὰ κοινῇ ξυσταλέντες τοῦ μέλους ἀρξώμεθα.

ΓΕΡΟΝΤΕΣ.

Stropha (vs. 1043—1057).

οὐ παρασκευαζόμεσθα

1039. *οὔτ'* Par.] *οὐδ'* R.
1040—1042. Mulieribus tribuit Par., proximis continuat R.
1041. *οὔθ'* Par.] *οὐδ'* R.
1043—1071. Praescriptum (a manu 1ª) R habet χ° γ^υ/ (*χορὸς γυναικῶν*); quem errorem peperit vox *ὦ ἄνδρες* vs. 1044. Prius viros, dein mulieres canere, ipsa verba testantur (vid. comment.), quapropter ita distribui; cf. vs. 1189 sqq.

— *θωπικαὶ*] non redit adi.; cf. *θώψ* *assentator* [1]).

1038. *ἐκεῖνο τὸ ἔπος*] *versiculus ille* [2]).

1039. *Neque cum nequam istis neque sine iis vivere licet.* In fine horum verborum, quae Archilochi sunt fortasse, e poeta certe desumta sunt teste praepositione *σύν*, mente supplendum est: *ζῆν δυνάμεθα*, quod additum legitur in oratoris cuiusdam verbis a Strabone servatis: *Εὐθύδημε, κακὸν εἶ τῆς πόλεως; ἀναγκαῖον· οὔτε γὰρ μετὰ σοῦ δυνάμεθα ζῆν, οὔτε ἄνευ σοῦ* [3]). — Feminam ab Olympiis creatam esse in perniciem generis humani, ut mortales *τέρπωνται κατὰ θυμὸν ἑϜὸν κακὸν ἀμφαγαπῶντες*, priscum ferebat carmen [4]). Eandem sententiam comicis trimetris sic inclusisse fertur Susario: *κακὸν γυναῖκες, ἀλλ' ὅμως, ὦ δημόται, | οὐκ ἔστιν οἰκεῖν οἰκίαν ἄνευ κακοῦ· | καὶ γὰρ τὸ γῆμαι καὶ τὸ μὴ γῆμαι κακόν.* Nec non Metellum Numidicum aliquando ea usum perhibent; qui censor cum ad populum orationem diceret de ducendis uxoribus, vir gravis et disertus, *si sine uxoribus* — ait — *possemus, quirites, esse, omnes ea molestia careremus; sed quoniam ita natura tradidit ut nec cum illis satis commode, nec sine illis ullo modo vivi possit, saluti perpetuae potius quam brevi voluptati consulendum est* [5]). — Ne tamen sententiam ferat quispiam *πρὶν ἂν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃ*, audiamus ipsas mulieres in Thesmophoriazusis haec probra lepidissime a se propulsantes [6]).

1041. Conceptis fere verbis utitur. Item Menelaus Euripideus: *οὔτ' οὖν τι δράσω φλαῦρον οὔτε πείσομαι* [7]). Praeterea cf. Nub. 1157 et de adi. *φλαύρῳ* (hoc versu et vs. 1044) vid. ad Av. 653.

1042. *κοινῇ ξυσταλέντες*] de adverbio vid. Ran. 416, verbum id quod *ξυστειλάμενοι ἡμᾶς αὐτούς* vel *ξυστειλάμενοι τὰ ἱμάτια* valet [8]).

1043 sq. Cf. Nub. 834.

---

[1]) Herodot. III 80 etc. — [2]) Cf. Thesm. 412 Ran. 1395 fr. 323 etc. — [3]) Strab. p. 659. — [4]) Hes. Oper. 58 in scholiis allatus. — [5]) Gell. I 6 § 1. — [6]) Thesm. 785 sqq., ubi vid. quae annotavi. — [7]) Eur. Andr. 731. — [8]) Cf. Vesp. 424 Eccl. 99, 486; activum Eq. 432.

τῶν πολιτῶν οὐδέν, ὦ ἄνδρες,
φλαῦρον εἰπεῖν οὐδὲ ἕν·
ἀλλὰ πολὺ τοὔμπαλιν
πάντ' ἀγαθὰ καὶ λέγειν καὶ
δρᾶν. ἱκανὰ γὰρ τὰ κακὰ
καὶ τὰ παρακείμενα.

ἀλλ' ἐπαγγελλέτω
πᾶς ἀνὴρ καὶ γυνή,
εἴ τις ἀργυρίδιον δεῖ-
ται λαβεῖν, μνᾶς ἢ δύ' ἢ τρεῖς,
ὡς πλέα 'στὶν
ἄχομεν βαλλάντια.
κἤν ποτ' εἰρήνη φανῇ,
ὅστις ἂν νυνὶ δανείση-
ται παρ' ἡμῶν,
μηδὲν ἀποδότω πάλιν.

1053 sq. *πλέα (ἐ)'στὶν | ἄχομεν* Burges] *πόλλ' ἔσω στιν κἄχομεν* R Par., *πολλὰ σᾶ 'στὶ κἄχομεν* Reisig.

1055. *κἤν*] *κἄν* R Par.

1056. *ὅστις*] malim **ὧν τις.*

1057. **μηδὲν ἀποδότω πάλιν*] *ἂν λάβηι μηκέτ' ἀποδιδῶ* R (*ἀποδῷ* Par.), vitio manifesto, nam subiunctivus non habet quo referatur. Pro *ἂν* Bentley *ἄν*, recte, si sit genuinum. Ferri potest fortasse *ἂν λάβῃ μὴ ἀποδιδότω*, sed nimis displicent hi numeri et temporis praesentis usus. PMazon coniecit *ἂν λάβῃ γ' οὐ μὴ ἀποδῷ* („*ce qu'il aura reçu de moi ... je le défie bien de me le rendre!*") — „nihil enim

---

1044. *ὦ ἄνδρες*] ad *spectatores* hoc dici vix est quod observem. Neque falso scribit scholiasta: „*ὡς ἀπὸ τοῦ ποιητοῦ δέ ἐστιν.*" Criminandi non iam tempus esse non chorus solus ait sed et ipse poeta. — *οὐδὲ ἕν*] vid. Ran. 927.

1046. *πάντ' ἀγαθὰ*] vid. ad Ran. 302.

1047 sq. Constr.: *καὶ γὰρ τὰ παρακείμενα κακὰ ἱκανά ἐστιν, nam vel sic satis multa mala adsunt.* Quibus verbis respici cladem Siculam ceterasque calamitates quibus premitur nunc resp., nemo non sentit, et recte id ait scholiasta prior.

1052. *ἢ δύ' ἢ τρεῖς*] vid. ad vs. 360.

1053—1057. Non est opus, ut opinor, ut apertioribus verbis dicam quaenam „*βαλλάντια*" quaeve „dona nunquam reposcenda" viri velint intellegi. Ut supra Cinesias [1]), *τοῦτο ὅπερ ἔχουσι* libenter se cuilibet impertituros profitentur. Ultima autem verba *παρ' ὑπόνοιαν* accedunt; nam postquam dixerunt: „*cuivis iam licet mutua sumere, et si quando pax sit futura ...*" expectatur: „*tum demum erunt reddenda*", sed ridiculum est quod sequitur: „*nihil erit reddendum.*"

---

[1]) Vs. 863.

ΓΥΝΑΙΚΕΣ.

Antistropha (vs. 1058—1071).

ἑστιᾶν δὲ μέλλομεν ξέ-
νους τινὰς Καρυστίους, ἄν-
δρας καλούς τε καὶ ἀγαθούς.
καὶ ἔστι μοι ἔτνος τι, καὶ
δελφάκιον ἦν τί μοι, καὶ
τοῦτο τέθυχ', ὥστε κρέ' ἔ-
δεσθ' ἁπαλὰ καὶ καλά.

ἥκετ' οὖν εἰς ἐμοῦ

---

acceperit"; ut simili ioco haec stropha claudatur atque sequentes (vs. 1071, 1201 sq., 1214 sq.). Non obloquor, nam quod ipse dedi minime certum duco; sed iocus, quem vult ille, minus perspicuus mihi videtur ita enuntiatus, et vereor ut intra paucarum syllabarum spatium satis aperte possit enuntiari. Scholion „ἀντ(ὶ τοῦ) ἀποδῶ παρ' ὑπόνοιαν" obscurum: putabatne interpres 1am hanc esse personam?

1060. *μοι*] add. Blaydes (*μοὔτνος*); Bentley *κἄστι μὲν*, Elmsley *κἄστιν ἔτνος, ἔστι καὶ* | *δ. ἔν τί μοι*, Reisig *ἔτ' ἔτνος* (metricae magis artis et palaeographiae habita ratione quam contextus), Meineke *ἔτνιον*.

1062. *ὥστε κρέ' ἔδεσθ'* Reisig] *ὥστε τὰ κρέα ἔξεσθ'* R, *ὡς τὰ κρέα γενέσθ'* Par.; l. a. in schol. R: „*γενέσθαι ἀντὶ τοῦ ἔξεστι* (i. e. *γενέσθ'* pro *ἔξεσθ'*); quam lectionem peperit fortasse insertum *γ'*(*ε*). Bentley *ὥστε τὰ κρέ' ἔσθ'* (= *ἔσται*).

1058 sqq. Mulieres non minus benignas se praestant quam modo viri. Quae ad quasnam „cenas" spectatores invitent, ne dubitare quidem sinit nomen *τῶν Καρυστίων*. Nam *soni* tantum nominis habetur ratio cum hoc loco tum infra [1]), utrobique autem intellegendi sunt „*Κρούστιοι" τινες* [2]). Et quam maxime tempestivi sunt ioci qui e Carystiorum nomine ducuntur, nam multi ex illa urbe Athenis tunc temporis aderant milites socii [3]). — Nullius est pretii quod in scholiis legitur: „Carystios, urbis Euboicae incolas, *ὡς μοιχοὺς διαβάλλεσθαι*." Sed fortasse olim annotatum fuit: „*Καρυστίους· μοιχοὺς λέγει*", id brevius quidem nec ab omni parte perspicuum, non tamen ineptum.

1060—1064. Vocem *ἔτνος* non proprio sensu [4]) usurpari statuunt coll. Eccl. 845, sive recte sive falso, nam non lubet inquirere. Nullum vero interpretem requirit *δελφάκιον* hoc *τεθυμένον*, *porcus recens mactatus* [5]). De adiectivis *ἁπαλῷ καὶ καλῷ* vid. Av. 668.

1061—1071. Ridicule etiam *filiolos* convivarum ad hasce „dapes" invitant mulieres, urbana vitae quotidianae formula usae [6]). Nec minus ridicule, postquam dixere „*protinus* [7]) *et strenue* [8]) *intrate ostium*", non id addunt quod expectabatur: „*nam patebit vobis ianua*", sed: „*clausa erit.*" In simillimos iocos excurrunt stropha et antistropha cantici sequentis; praeterea conferendus est

---

[1]) Vs. 1181. — [2]) Vid. ad vs. 1032. — [3]) Vid. Thucyd. VIII 69 § 2. — [4]) Ut Eq. 1171 etc. — [5]) Vid. Ach. 792 et 796. — [6]) Vid. Av. 132. — [7]) Nos: *regelrecht.* Sic *ἄντικρυς* dicitur etiam Eccl. 281; cf. praeterea supra vs. 609. — [8]) De adv. *γεννικῶς* vid. ad Eq. 457.

τήμερον· πρῷ δὲ χρὴ
τοῦτο δρᾶν λελουμένους αὐ-
τούς τε καὶ τὰ παιδί'. εἶτ' εἴ-
σω βαδίζειν,
μηδ' ἐρέσθαι μηδένα,
ἀλλὰ χωρεῖν ἄντικρυς
ὥσπερ οἴκαδ' εἰς ἑαυτῶν
γεννικῶς, ὡς
ἡ θύρα ... κεκλήσεται.

(Prodeunt legati aliquot Lacedaemoniorum.)

SCENA VIGESIMA QUARTA.

Chorus, unus e Legatis Lacedaemoniorum.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

καὶ μὴν ἀπὸ τῆς Σπάρτης οἱδὶ πρέσβεις ἕλκοντες ὑπήνας
χωροῦσ', ὥσπερ χοιροκομεῖον περὶ τοῖς μηροῖσιν ἔχοντες.
(Ad Lacones:)
ἄνδρες Λάκωνες, πρῶτα μέν μοι χαίρετε,
εἶτ' εἴπαθ' ἡμῖν, πῶς ἔχοντες ἥκετε.

ΛΑΚΩΝ.

τί δεῖ ποθ' ὑμὲ πολλὰ μυσίδδην Ϝέπη;

1067. εἶτ' εἴσω] εἶτα ἴσω B. || ὡς Par.] ἴσως δ' B. || κεκλήσεται] -ει- R Par.
1072. τῆς] γε Elmsley.
1073. ἔχοντες Par.] -ντας B.
1076. δεῖ Par.] δή R. Cf. vs. 144, 996 et v. l. Eq. 756 Eccl. 197. || μυσίδδην] -ειν R Par.

Ecclesiazusarum fabulae locus, ubi Blepyrus *cunctos* ait *voca senes iuvenes pueros: stat cena parata ... si ad suam quisque domum abeant* [1]).

1072. οἱδὶ πρέσβεις] vid. ad Nub. 60.

— ὑπήνας] μύστακας, pilos labrum superius adumbrantes. Quos praelongos alebant Spartiatae [2]).

1073. Ut malum suum celarent, accincti sunt vasibus textilibus, quae *caveis vimineis* [3]) dux chori ludicre assimulat [4]). Poeta hodiernus fortasse perhiberet legatos corpori circumdedisse ornatum muliebrem qui a *crinibus* nomen habet, certe habebat annis abhinc quadraginta, cum omnes eo utebantur feminae [5]). Sed artificia ad corporis humani formam vitiandam non norat Graecia.

1074 sq. πρῶτα ... εἶτα] cf. Av. 114—117.

1076. μυσίδδην] cf. vs. 94.

---

[1]) Eccl. 1147 sq.; item ibid. vs. 1174 sq. — [2]) Cf. Vesp. 476. — [3]) Vid. Vesp. 844. — [4]) Recte sic alter interpres in scholiis; absurde vero errans alter „πάτταλον" illum (Eccl. 1020) huc traxit. — [5]) *Crinoline.*

ὀρῆν γὰρ ἕξεσθ' ὡς ἔχοντες ἵκομες.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

βαβαί! νενεύρωται μὲν ἥδε ... συμφορὰ
δεινῶς τεθερμῶσθαί τε χεῖρον φαίνεται.

ΛΑΚΩΝ.

ἄφατα! τί κα λέγοι τις; ἀλλ' ὅπα σέλει
παντᾶ τις ἐλσὼν ἁμὶν εἰράναν σέτω.

(Prodeunt legati aliquot Atheniensium.)

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

καὶ μὴν ὁρῶ καὶ τούσδε τοὺς αὐτόχθονας,

1077. *ἵκομες*] *ἥκομες* B Par.; cf. Ach. 820.
1078 sq. Laconi continuat R.
1078. *ἥδε*] *ἥδ' ἡ* Dobree, sed tragicam dictionem dux chori imitatur; cf. Ach. 454.
1079. E scholii verbis: „*χεῖρον τῆς τάσεως τοῦ Ἑρμοῦ*" alii alia effecerunt. Sed *τεθερμῶσθαι* verbum ambiguum (vid. comment.) tam aptum est huic loco, ut errori id deberi non sit credibile; *Mercurii* autem nomen qui deprehendere sibi visi sunt, litteras traditas sic, ni fallor, dirimebant: *δεινῶς τε, θ Ἡρμῶσθαι* (*τὸ ἡρμῶσθαι, in Mercurium conversum esse*) *τε χεῖρον φαίνεται.* || *τε* Par.] *γε* R.
1080. *κα* Enger] *καὶ* Par., *κἂν* R. || *σέλει* Par.] *θέλει* R.
1081. *ἐλσὼν* Par.] *ἐλθὼν* R.
1082. *ὁρῶ καὶ* R] *ὁρῶ γε* Par.; cf. Plut. 332.

1078 sq. *Istud malum mire profecto affecit vestros ... nervos, et ingruere inflammationem apparet.* — De „tumore" quo laborant ita loquitur ut de maligno aliquo ulcere, ambiguis verbis feliciter usus. Adiectivi *θερμοῦ* similis est sensus in Trygaei verbis ludicris ad Hieroclem: *εἴθε σου εἶναι | ὤφελεν, ὦ ἀλαζών, ουτωσὶ θερμὸς ὁ πλεύμων*, ibi quoque e *medicorum* sermone desumti[1]); *χεῖρον* autem dicit: *gravius quam modo.* Etiam *θερμότεροι* hi homines videntur quam erant illi quibuscum modo sermo fuit: gliscere malum manifestum est.

1082—1084. *Ecce autem adsunt etiam legati nostrates* — quos ut mitteret senatus effecturum se dixerat Cinesias — *luctatoribus similes, brachiis proiectis vestes a corpore diducentes.* — Laxior est verborum structura; nam in unum confluxerunt complura enuntiata. Plenior autem oratio haec foret: *καὶ μὴν ὁρῶ καὶ τούσδε τοὺς αὐτόχθονας προσιόντας· ὥσπερ δὲ παλαισταὶ ἄνδρες κύψαντες*[2]) *προβάλλονται τὰς χεῖρας, τὰ ἱμάτια ἀποστέλλοντες ἀπὸ τῶν γαστέρων,* — eo nimirum consilio quo „*χοιροκομείοις*" cinxerunt se Lacones. Cavendum ne artius inter se iungamus verba: *ἀποστέλλοντας τὰ ἱμάτια ὥσπερ παλαιστάς*, quas nugas habent scholia.

1082. Versus initium idem est Plut. 332. — *αὐτόχθονας*] de grandisono hoc epitheto, quo festive nunc utitur dux chori in re ludicra, vid. ad Vesp. 1076 et ad Nub. 984.

---

[1]) Pac. 1069. Praeterea de poetico adiectivi usu vid. Ach. 119 et ad Eq. 382. — [2]) Vid. Pac. 34 et ad Av. 401 sq.

ὥσπερ παλαιστὰς ἄνδρας, ἀπὸ τῶν γαστέρων
θαἰμάτἰ ἀποστέλλοντας· ὥστε φαίνεται
ἀσκητικὸν τὸ χρῆμα τοῦ νοσήματος.

SCENA VIGESIMA QUINTA.

Chorus, Legati Lacedaemonius et Atheniensis.

ΑΘΗΝΑΙΟΣ.

τίς ἂν φράσεἰ ὅπου ʼστὶν ἡ Λυσιστράτη;
ὡς ἄνδρες ἡμεῖς οὑτοιὶ τοιουτοιί.

(Reiciunt vestem.)

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

αὕτη ξυνᾴδει θἀτέρᾳ ταύτῃ νόσος.
ἦ που πρὸς ὄρθρον σπασμὸς ὑμᾶς λαμβάνει;

ΑΘΗΝΑΙΟΣ.

μὰ Δἰ ἀλλὰ ταυτὶ δρῶντες ἐπιτετρίμμεθα!

1083. *ἄνδρας* R] *παῖδας* Par. et olim alii teste scholio (plane absurde).
1084. *ἀποστέλλοντας*] *ἀναστ.* Blaydes infeliciter („*throwing back*", coll. Eccl. 268).
1086. *φράσεἰ ὅπου* Hirschig] *φράσειε που* R Par.
1087. *ἄνδρες*] *ἄνδρες* R Par.
1088. *αὕτη ... θἀτέρᾳ* Dobree] *χ᾽αὕτη ... χἀτέρα* R Par.; natum esse „*χ᾽αὕτη*" ex „*χ° αὕτη*" acuta est Blaydesii suspicio. Quamquam defendi fortasse potest supervacuum *καί* collatis locis qualis est Av. 728. || *νόσος* Reisig] *νόσῳ* R Par.

1085. Viros „*παλαιστὰς*" malo „*ἀσκητικῷ*" laborare quivis suspicetur. Iocose autem respicitur, quod sono est simillimum, adiectivum *ἀσκιτικός*: *ascite morbo eos laborare patet* [1]). Vestium enim impatiens esse solet venter turgidus. „Ascites" sive aqua intercus nunc vocatur malum quod modo audiebat „tumor inflammatus". — De verborum eiusmodi ludis vid. ad Vesp. 353 et de vocis *χρήματος* usu ad Vesp. 266.

1086. Item alibi: *τίς ἂν φράσεἰ ὅπου ʼστὶ Χρεμύλος μοι σαφῶς;* [2]) et: *τίς ἂν φράσεἰ ὅπου ʼστὶ τὸ Διονύσιον;* [3]).

1087. *οὗτοι γὰρ ἡμεῖς πάρεσμεν οὕτως ὡς ὁρᾷς ἔχοντες.* — Cf. Ach. 367 et de pronomine *οὑτοσί* ad Nub. 141.

1088. *Iste morbus cum altero isto concinit* [4]); eodem malo et vos Athenienses et vos Lacones laborare apparet. Tragicae dictioni affinis est versus et fortasse e tragoedia aliqua desumtus.

1089. Cf. vs. 60 et 966.

1090. *Immo nihil aliud nisi id ipsum agimus*; non sub diluculum tantum sed perpetuo cruciamur. — De particulis *μὰ Δία ἀλλά* per speciem negationis vehementer affirmantibus vid. ad Plut. 22, de verbo *ἐπιτρίβειν* ad Ran. 571. Verbum *δρᾶν*, ut alibi *ποιεῖν* [5]), de *con-*

---

[1]) Bentleio haec debetur explicatio; qui contulit Nub. 74. — [2]) Plut. 1171. — [3]) Fr. 131; vid. etiam Ran. 431 sq. Eccl. 1125 sq. — [4]) *ξυνᾴδειν*: Soph. O. R. 1113 Plat. Protag. 333 *a* etc. — [5]) Vid. Pac. 1054 Eccl. 624 Plut. 1205.

ὥστ᾿ εἴ τις ἡμᾶς μὴ διαλλάξει ταχύ,
οὐκ ἔσθ᾿ ὅπως οὐ Κλεισθένη βινήσομεν.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

εἰ σωφρονεῖτε, θαἰμάτια λήψεσθ᾿, ὅπως
τῶν ἑρμοκοπιδῶν μή τις ὑμᾶς ὄψεται.

ΑΘΗΝΑΙΟΣ.

νὴ τόν Δί᾿ εὖ μέντοι λέγεις.

ΛΑΚΩΝ.

ναὶ τὼ σιὼ
παντᾶ γα. φέρε τὸ Ϝέσθος ἀμβαλώμεθα.

1093. θαἰμάτια] θοιμ. R Par.
1095. ναί R] νή Par.
1096. γα] γε R Par. || ἀμβαλώμεθα Brunck] ἐμβ. R Par.

dicione nunc usurpatur, idem igitur valens quod *πάσχειν* [1]). Cuius usus luculentum exemplum hoc praebet Plato: *ὅτε δὴ τὰ μὲν ἐθέλει τοῦτο δρᾶν* (i. e. *ξυμμείγνυσθαι*), *τὰ δὲ οὔ, σχεδὸν οἷον τὰ γράμματα πεπονθότ᾿ ἂν εἴη* [2]). Praeterea vid. Nub. 494.

1092. Hoc quidem restat remedium ultimum; nam *Clisthenes* [3]) nulli non praesto. Sic de Agathone alibi: „vultum hominis fortasse non recordaris, sed fieri vix potuit quin rem cum eo habueris aliquando" [4]).

1093 sq. Morbi signa nimis manifesta Lacones veste diducta vel reiecta ostenderunt [5]), item mox Athenienses [6]). At seria iam sunt agenda; quae si coram coetu *φανερῶς ἐστυκότων* disputarentur, non moverent spectatorum animos, — id quod propositum sibi habet comicus, — sed cachinnis potius exciperentur [7]). Quapropter chori dux suadet utrisque ut palliis decore denuo compositis malum suum celent, ludicram hanc proferens causam, periculum esse ne alioquin *hermocopidae* eos sint mutilaturi. Quod nomen notissimum quidem, sed alibi apud veteres non obvium, originem comicam prae se fert, est enim iocose assimulatum patronymicis [8]), quemadmodum *χρεωκοπίδαι* olim amici quidam Solonis invidiose sunt dicti a populo [9]). — De re vid. Proleg. Av. p. V, 1; similem autem iocum Phrynichus in fabulam aliquam admisit, ubi cum Mercurio nescio quis colloquens — ut Strepsiades in exitu Nubium — „*ὦ φίλταθ᾿ Ἑρμῆ*," ait „*καὶ φυλάττου μὴ πεσὼν | σαυτὸν παρακρούσῃ καὶ παράσχῃς διαβολὴν | ἑτέρῳ Διοκλείδῃ βουλομένῳ κακόν τι δρᾶν*". Cui Mercurius „*φυλάξομαι*," respondit, „*Τεύκρῳ γὰρ οὐχὶ βούλομαι | μήνυτρα δοῦναι τῷ παλαμναίῳ ξένῳ*" [10]).

1095. *ναὶ τὼ σιώ*] vid. ad Ach. 905.

1096. *ἀμβαλώμεθα*] mente adde *ἐπιδέξια*. Ad litteram: *pallii* — quod modo

[1]) Vid. ad Nub. 234. Et nos: *wij doen niet anders.* — [2]) Plat. Soph. 252 *e*, ubi nostrum locum contulit Heindorf. — [3]) De Clisthene vid. vs. 621 et ad Ran. 48. — [4]) Thesm. 35. — [5]) Vs. 1077. — [6]) Vs. 1087. — [7]) Vid. ad Nub. 538 sq. — [8]) Vid. ad Ach. 595 sqq. — [9]) Plut. Solon. 15, cf. Mor. 807 [Aristot.] Rep. Ath. c. 6, Peppler Comic Terminations p. 46 sqq. — [10]) Phrynich. fr. 58 apud Plut. Alcib. 20.

(Legati postquam vestes suas denuo composuerunt inter se salutant.)

ΑΘΗΝΑΙΟΣ.

ὦ χαίρετ', ὦ Λάκωνες. αἰσχρά γ' ἐπάθομεν.

ΛΑΚΩΝ.

ὦ πολυχαρείδα, δεινά κα ἐπεπόνσεμες,
αἰ ἐσέϜιδον ἁμὲ τὤνδρες ἀμπεφλασμένως.

ΑΘΗΝΑΙΟΣ.

ἄγε δή, Λάκωνες, αὔθ' ἕκαστα χρὴ λέγειν.
ἐπὶ τί πάρεστε δεῦρο;

ΛΑΚΩΝ.

περὶ διαλλαγᾶν
πρέσβης.

1097. *χαίρετ', ὦ*] Blaydes *χαίρετέ μοι*; equidem malim **χαίρεθ' οἱ*.

1098. *πολυχαρείδα* Elmsley] *-ίδα* R, *πουλυχαρίδα* Par. vs. 1142, *πωλυχαρίδα* Enger fortasse recte. Cf. *Πουλυχάρης* nomen proprium inscr. Megar. Collitz. 3029[26] et *-είδης* terminatio Ach. 220. || *κα* Bergk] *γ' αὖ* R, *γ' ἂν* dederat Reiske. || *ἐπεπόνσεμες*] *πεπόνθαμες* R.

1099. **ἐσέϜιδον*] *κ' ἴδον* R. Natum est *ΑΙΚΙΔΟΝ* ex *ΑΙC(ε)ΙΔΟΝ*. Particulam *κα*, quam non fert syntaxis in hoc versu (poscit vero versu 1098), del. Ahrens, relicto hiatu, quem ut expleret Blaydes scripsit *αἰ Ϝεῖδον*, digamma igitur praemittens augmento. Compositum *εἰσιδεῖν* etiam Reisigio in mentem venerat (qui proposuit *αἴ κ' ἅμ' ἐσεῖδον ἄνδρες*, servato vitioso *κα*). De littera digamma vid. ad vs. 118. || *ἁμὲ τὤνδρες* Elmsley] *ἁμὲς ἄνδρες* R; is qui annotavit: „*οἱ ἑρμοκοπίδαι*" articulum legebat. || *ἀμπεφλασμένως*] *ἀναπεφασμένως* R, quo servato Ahrens huc trahebat glossam Hesychii: „*αἴκουδα· αἰσχύνη. Λάκωνες*" (ubi nunc *αἰκχούνα* editur); *-φλα-* legit schol.

1102. *πρέσβης*] *-εις* R.

---

diduxerunt — *partem sinistram* denuo *reiciamus in humerum dextrum.*

1097. *ὦ χαίρετ', ὦ Λάκωνες*] haec si sana [1]), de iterato ὦ vid. ad Eq. 726.

1098. *ὦ πολυχαρείδα*] i. e. *ὦ πολυχαρέστατε*, vel potius *ὦ χαριέστατε, ὦ φίλτατε*. Item infra [2]). Cum termino *-είδα* cf. nomen proprium *Λαχρατείδης* [3]).

— *δεινά κα ἐπεπόνσεμες*] item Blepyrus ille: *δεινὸν μέντἂν ἐπεπόνθη!* [4]).

1099. *Si viri illi* — dicit hermocopidas [5]) — *obscaenius excitatos* [6]) *nos conspexissent.* — Compositum *εἰσιδεῖν* vividius est quam simplex et huic loco aptissimum; est enim: *intueri id quod in conspectum venerit* [7]). E. g. Cyclops cum ignem incendisset *εἰσέϜιδεν* Ulixem eiusque comites, qui antea eum latuerant [8]).

1101. *περὶ διαλλαγᾶν*] vid. ad Eq. 669.

---

[1]) Vid. annot. crit. — [2]) Vs. 1242. — [3]) Ach. 220. — [4]) Eccl. 650; praeterea vid. ad Ran. 253. — [5]) Recte sic schol. — [6]) Cf. Ran. 427. — [7]) *In het oog krijgen.* — [8]) Vid. etiam Call. fr. 11 Alex. 98[12] Plat. Gorg. 526 *c* etc.

ΑΘΗΝΑΙΟΣ.

καλῶς δὴ λέγετε· χἠμεῖς γ' οὑτοιί.
τί οὐ καλοῦμεν δῆτα τὴν Λυσιστράτην,
ἥπερ διαλλάξειεν ἡμᾶς ἂν μόνη;

ΛΑΚΩΝ.

ναὶ τὼ σιὼ καὶ λῆτε τὸν Λυσίστρατον!

ΑΘΗΝΑΙΟΣ.

ἀλλ' οὐδὲν ἡμᾶς, ὡς ἔοικε, δεῖ καλεῖν·
αὐτὴ γάρ, ὡς ἤκουσεν, ἥδ' ἐξέρχεται.

(Prodit Lysistrata.)

SCENA VIGESIMA SEXTA.

Idem, Lysistrata.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

χαῖρ', ὦ πασῶν ἀνδρειοτάτη! δεῖ δὴ νυνί σε γενέσθαι

1102. *γ' οὑτοιί* Cobet] *τοῦτογί* R (quod e *τουτου* (γ supra) videtur natum), *ταὐτογί* Bentley.
1103. Habet paragraphum in R.
1105. *καὶ λῆτε* Ahrens] *καλεῖτε* R[1], *κἂν λῆτε* R[2] schol., *καλῆτε* Hirschig, dein *τὰν Λυσιστράταν* scribens, spreto ioco vere Aristophaneo. Cf. comment.; si id quod Hirschig putabat voluisset comicus, particula *δῆτα* potius esset usus (vid. ad Eq. 726).
1106 sq. Atheniensi dedit Beer; choro senum tribuit recens manus in R, sed ante vs. 1108 codex habet paragraphum.

1103. *τί οὐ καλοῦμεν*] vid. ad Eq. 1207.
1105. *Quin etiam Lysistratum advocetis per me licet.* Quemvis hominem, *εἴτ' ἄνδρα εἴτε γυναῖκα*, cuius nomen *λύσιν τῆς στρατιᾶς καὶ τοῦ πολέμου* promittat [1]), acceptum sibi fore dicit Laco. — Notissimus inter Athenienses erat Lysistratus scurra dicax [2]); simili autem loquendi genere utitur qui in Pluto fabula „cum per Neptunum marinum tum per ceteros quoslibet, si qui sint praeterea, Neptunos" iurare se exclamat [3]), neque discrepant verba Dionysi „ad inferos et si quid inferis inferius" descensum parantis, ut Euripidem inde reducat [4]). Recte locum interpretatus est schol.; Usenero autem e nostro loco efficienti „fuisse igitur (aut nunc fingi) *numen* aliquod nomine Lysistratum" [5]) minime assentior, nam si quid video, non *deus* aliquis nunc significatur, sed *τὸ Χολαργέων ὄνειδος ἐκεῖνο.* — De voce *ναὶ τὼ σιώ* vid. ad Ach. 905, de verbo *λῆν* ad Ach. 749.
1107. *αὐτή*] *sponte, non a ministris vocata* [6]), id quod supra *αὐτομάτη* [7]).

---

[1]) De huiuscemodi iocis vid. ad Nub. 1163 Vesp. 84. — [2]) Vid. ad Vesp. 787. — [3]) Plut. 396. — [4]) Vid. Ran. 70. — [5]) Vid. Usener Götternamen p. 362. — [6]) Item Thesm. 66 Plut. 965; cf. etiam Ran. 520 et vid. ad Nub. 219. — [7]) Vs. 431.

<ἐν τοῖσι λόγοις κομψήν,> δεινήν, σεμνήν, ἀγανήν, πολύπειρον·
ὡς οἱ πρῶτοι τῶν Ἑλλήνων τῇ σῇ ληφθέντες ἴυγγι
ξυνεχώρησάν σοι καὶ κοινῇ τἀγκλήματα πάντ' ἐπέτρεψαν.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ἀλλ' οὐχὶ χαλεπὸν τοὔργον, εἰ λάβοι γέ τις
ὀργῶντας ἀλλήλων τε μὴ 'κπειρωμένους.
τάχα δ' εἴσομαι 'γώ. ποῦ 'στιν ἡ Διαλλαγή;

(Prodit Diallage virgo decora.)

πρόσαγε λαβοῦσα πρῶτα τοὺς Λακωνικούς,

1109. In R est: *δεινήν· ἀγαθήν· φαύλην· σεμνήν· ἀγανήν· πολύπειρον*, deest igitur pes unus; ad quem explendum Bentley post *δεινήν* addebat *δειλήν* (quod hinc alienum duco adiectivum), Meineke *ἀφελῆ* post *φαύλην* (sed vix comica haec est vox, nam Eq. 527 huc non pertinet). Mihi neque *ἀγαθήν* sic nude positum tolerabile videtur, neque aptum *φαύλην*, sed vocis *ἀγανήν* alterum dittographema esse arbitror, alterum glossema. Itaque deletis quae spuria duco indicavi lacunam, quam ita ut poteram explevi.

1111. *σοι καὶ*] *καὶ σοί* Blaydes.

1109. *κομψήν*] vid. ad Ran. 967.

— *ἀγανήν*] vid. ad Av. 1321.

1110. *τῇ σῇ ληφθέντες ἴυγγι*] *tuo incantamento, τῇ σῇ θέλξει* [1]) sive *ἐπῳδῇ*, *capti*. Voce *ἴυγγι* apud poetas potissimum obvia [2]) utitur etiam Socrates apud Xenophontem, magica artificia probe callere se iocose perhibens: *εὖ ἴσθι ὅτι ταῦτα οὐκ ἄνευ πολλῶν φίλτρων τε καὶ [ἐπῳδῶν καὶ] ἰύγγων ἐστί* [3]). Etiam avicula quaedam picis cognata (*torquilla*) *ἴυγξ* nomen habebat, sive magica aliqua vis huic inesse credebatur, ut perhibent, sive aliam ob causam.

1111. *ἐπέτρεψαν*] vid. ad Ran. 529.

1112. *εἰ λάβοι κτέ.*] *certe si contingat* — id quod vix ausim sperare — *ut accipiat*...; de quo optativi usu vid. ad vs. 235 sq.

1113. *ὀργῶντας*] vid. ad Av. 462.

— *ἐκπειρωμένους*] vid. ad Eq. 1234.

1114. Advocat nunc Lysistrata *τὴν Διαλλαγήν*, ut Isiciarius in Equitum fabulae exitu *τὰς Σπονδάς* [4]); cf. etiam *Θεωρία* in Pace tradita Senatui et *Ὀπώρα* desponsata Trygaeo, *Βασίλεια* denique nupta Pisetaero in fine Avium. Audacter sane nunc mulier Attica iussa dat virgini caelesti [5]), quae quando et quomodo ad Lysistratam venerit scire fortasse velit quispiam; sed rogari id vetuit comicus, quippe qui non narraverit. Sufficit scire ex *arce*, loco sanctissimo, ubi sola numina habitabant, prodire hanc deorum ministram et comitem. Est autem felicissimum hoc poetae inventum; nam licet iocis scurrilibus interspersis etiam nunc caveatur ne nimis gravis et severa et cothurno quam socco aptior evadat oratio, non potuit tamen non percellere spectatorum corda Virgo Olympia hinc Athenienses illinc Peloponnesios manu comprehensos adducens, ut deposito odio foedus et amicitiam inirent, unius matris filios se tandem aliquando recordati.

1115. *τοὺς Λακωνικούς*] vid. Nub. 186.

---

[1]) Sic schol. — [2]) Pind. Nem. IV 56 Pyth. IV 381 Aesch. Pers. 987 (Soph. fr. 421?) Theocrit. II 17 sqq. — [3]) Xen. Mem. III 11 § 17. — [4]) Eq. 1389. — [5]) Cf. Ach. 989.

καὶ μὴ χαλεπῇ τῇ χειρὶ μηδ' αὐθαδικῇ,
μηδ' ὥσπερ ἡμῶν ἄνδρες ἀμαθῶς τοῦτ' ἔδρων,
ἀλλ' ὡς γυναῖκας εἰκός, οἰκείως πάνυ·
„ἣν μὴ διδῷ τὴν χεῖρα, τῆς σάθης ἄγε."
ἴθι καὶ σὺ τούτους τοὺς Ἀθηναίους ἄγε·
οὗ δ' ἂν διδῶσι, πρόσαγε τούτου λαβομένη.

(Ad Lysistratam propius accedunt legati, a Diallaga adducti.)

ἄνδρες Λάκωνες, στῆτε παρ' ἐμὲ πλησίον,
ἐνθένδε δ' ὑμεῖς, καὶ λόγων ἀκούσατε.
„ἐγὼ γυνὴ μέν εἰμι, νοῦς δ' ἔνεστί μοι.
„αὐτὴ δ' ἐμαυτῆς οὐ κακῶς γνώμης ἔχω,

1117. *μηδ'* Brunck] *μήθ'* R. || *ἄνδρες*] *ἄνδρες* R (cf. Ach. 515 Eq. 471).
1119. *ἣν*] *κἢν* Bergk non recte; nam hoc ipsum mulierum proprium esse iocose nunc dicitur, viros non manu (sive vi) sed ... amore ducere; vid. comment.
1120 sq. *ἔπειτα κᾀυτοὺς τοὺς Ἀθηναίους, ἴθι, οὗ γ' ἂν κτέ.* vHerwerden.
1121. *τούτου* Dobree] *τούτους* R.
1123. *δ'* Bergk] *τ'* R.
1125 sq. *ἐμαυτῆς ... δ'*] *ἀπ' ἐμαυτῆς τ' ... τ'* Meineke.

1118 sq. Adv. *οἰκείως* valet *familiariter* [1]), ita ut solent feminae, non vi sed persuadendo. Quod quomodo accipiendum sit ut explicet, perridicule utitur dicterio ex ore plebeculae desumto [2]), quod verbis magis honestis sic potest reddi: *„ἣ ἂν λαβὴν διδῷ ὁ δεῖνα* [3]), *τούτου λαβόμενος ἄγε"*. Festive profecto feminis *οἰκεῖον* id esse nunc dicitur, ut viros *„τῆς σάθης ἄγωσι"* sive amoris illecebris pelliciant; videatur autem de violentiore hoc loquendi genere ad Eq. 365 Plut. 309 sqq.

1120. Iung. *καὶ τούτους*, *istos quoque*.

1121. *διδῶσι*] mente addendum *λαβέσθαι*. Cf. *παρέχειν* supra [4]).

1124 sqq. Melanippes Euripideae verbis utitur Lysistrata, teste scholio quod versui 1124 vel 1125 legitur adscriptum: *„ὁ στίχος ἐκ Σοφῆς Μελανίππης Εὐριπίδου"*. Sed etiam vicina quin a tragico mutua sumserit non videtur dubium, versus certe 1127 plane est tragicus. Fortasse olim *„οἱ στίχοι"* scriptum erat in scholio.

1124. *νοῦς δ' ἔνεστί μοι*] vid. ad Eq. 1119 sq.

1125—1127. *Et ipsa mente nonnihil valeo, et patris senumque prudentibus consiliis utor.* — In locutione *οὐ κακῶς ἔχω ἐμαυτῆς γνώμης* ab adverbio suspensi sunt genitivi, noto genere loquendi; est autem structura quae *καθ' ὅλον καὶ μέρος* solet dici, nam alteruter genitivus sufficiebat. Sic alibi et haec leguntur: *οὐκ εὖ σεαυτοῦ τυγχάνεις ἔχων* [5]), *ἀπέρχομαι ἡδέως ἔχων ἐμαυτοῦ* [6]), alia [7]), et: *εὖ ἔχειν φρενῶν* in tragoedia [8]), in humiliore autem sermone: *ταρίχους εὐπόρως τυγχάνει*

---

[1]) *Huiselijk.* Cf. *κατ' οἰκίαν* Vesp. 1180. — [2]) Quamobrem singularis non habet quod miremur, et melius hunc locum non attulissem ad Nub. 989. — [3]) *Hem in zijn zwak tastend.* — [4]) Vs. 162. — [5]) Philemon. fr. 4^{11}. — [6]) Alex. fr. 216. — [7]) Pro *εὖ ἔχειν ἑαυτοῦ* Vesp. 357 est *ἰσχύειν ἑαυτοῦ*. — [8]) Eur. Hipp. 462.

„τοὺς δ' ἐκ πατρός τε καὶ γεραιτέρων λόγους
„πολλοὺς ἀκούσασ' οὐ μεμούσωμαι κακῶς.“
λαβοῦσα δ' ὑμᾶς λοιδορῆσαι βούλομαι
κοινῇ δικαίως, οἳ μιᾶς γ' ἐκ χέρνιβος
βωμοὺς περιρραίνοντες, ὥσπερ ξυγγενεῖς,
'Ολυμπίασιν, ἐν Πύλαις, Πυθοῖ, — πόσους
εἴποιμ' ἂν ἄλλους, εἴ με μηκύνειν δέοι! —
ἐχθρῶν παρόντων βαρβάρων, στρατεύματι
Ἕλληνας ἄνδρας καὶ πόλεις ἀπόλλυτε.
„εἷς μὲν λόγος μοι δεῦρ' ἀεὶ περαίνεται.“

ΑΘΗΝΑΙΟΣ.

(secum:)

ἐγὼ δ' ἀπόλλυμαί γ' ἀπεψωλημένος.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

(ad solos Lacones conversa:)

εἶτ', ὦ Λάκωνες, πρὸς γὰρ ὑμᾶς τρέψομαι,
οὐκ ἴσθ' ὅτ' ἐλθὼν δεῦρο Περικλείδας ποτὲ

1129. *γ' ἐκ* Blaydes] *τε* R; *ἐκ* Bentley dederat, *γε* Bothe. Cf. Av. 1652.

1132. *ἄλλους*] *ἄθλους* Meineke, non recte, ut opinor.

1133. *στρατεύματι*] *-σιν* Reiske, *βαρβάροις στρατεύμασιν* GHermann, sed vid. comment.

1138. *Περικλείδας*] -δησ (α suprascr.) R.

ἔχουσα [1]). — Cum versu 1127 cf. verba mulierum Corinthiarum: *ἔστιν | μοῦσα καὶ ἡμῖν, ἣ προσομιλεῖ | σοφίας ἕνεκεν* [2]).

1129 sq. Vid. ad Av. 850.

1131—1135. Scholii verba: „*ὅλος ὁ ἴαμβος λέλεκται ἐξ 'Ερεχθέως*" notulae qua versus 1131 explicatur subiuncta sunt in codice R, sed ita ut adscripta legantur versui 1135, quo recte ea rettulit Nauck [3]). Totus autem locus tragici quid habet [4]).

1132. *ἄλλους*] ad *βωμοὺς* referendum.

1133. *Pro nefas, cives acuisse ferrum, | quo graves Persae melius perirent!* [5]). — Pessime participium *παρόντων* interpretatus est is cui debetur scholion: „*ὡς τῶν Λακώνων χρωμένων συμμάχοις βαρβάροις.*"

1136. „Placere sibi *τὴν Διαλλαγήν*" nunc dicit Atheniensis, mox Laco [6]), eiusmodi verbis usus uterque qualia orationibus longioribus et gravioribus comicus identidem solet interserere.

1137—1144. De his rebus vid. ad Ach. 510—512.

1138. *οὐκ ἴστε ὅτε . . .;*] vid. ad Av. 1054. — *Περικλείδας*] vir aliunde ignotus [7]) pater videtur esse eius qui apud Thu-

[1]) Timocl. fr. 14^5. — [2]) Eur. Med. 1084 sq. — [3]) Item Rutherford; ad versum 1133 referebat Bergk. — [4]) Cum voce *Πυθοῖ* (vs. 1131) cf. Av. 189, cum verbis *δεῦρ' ἀεὶ* (vs. 1135) Eur. Or. 1663. — [5]) Hor. Od. I 2, 21 sq. — [6]) Vs. 1148. — [7]) Plutarchum Cimon. 16 nostrum locum solum sequi suspicor.

ὁ Λάκων Ἀθηναίων ἱκέτης καθέζετο
ἐπὶ τοῖσι βωμοῖς, ὠχρὸς ἐν φοινικίδι,
στρατιὰν προσαιτῶν; ἡ δὲ Μεσσήνη τότε
ὑμῖν ἐπέκειτο χὠ θεὸς σείων ἅμα.
ἐλθὼν δὲ σὺν ὁπλίταισι τετρακισχιλίοις
Κίμων ὅλην ἔσωσε τὴν Λακεδαίμονα.
ταυτὶ παθόντες τῶν Ἀθηναίων ὕπο
δῃοῦτε χώραν, ἧς ὕπ' εὖ πεπόνθατε;

ΑΘΗΝΑΙΟΣ.

ἀδικοῦσιν οὗτοι, νὴ Δί', ὦ Λυσιστράτη.

1142. ἅμα] μέγα schol.
1146. πεπόνθατε] πεπόνθό B (scripturus πεπονθότες errorem vidit, sed corrigere oblitus est).

---

cydidem commemoratur inter subscriptores induciarum anno 423 inter Athenienses et Peloponnesios initarum: *Athenaeus Periclidae f.* [1]). Vocavit filium suum *Athenaeum*, ut amicum civitati vicinae animum significaret, quemadmodum Cimon unum e suis filiis nuncupavit *Lacedaemonium*; cf. etiam *Thettalus* Pisistrati filius, *Italia* et *Sybaris* filiae Themistoclis [2]).

1140. ὠχρὸς ἐν φοινικίδι] color *purpureus* sagi, quo Periclidas amictus erat, iocose opponitur *lurido* colori faciei, metus signo, quemadmodum in Pace fabula chorus taxiarchum — Cleonymum puta — veste quidem purpurea sed facie vepallida omnium primum ex acie aufugere perhibet [3]). Confero autem Pythermum Phocaeum a Lacedaemoniis opem petentem suae patriae adversus Persas, πορφύρεον εἷμα περιβαλόμενον, ὡς ἂν πυνθανόμενοι πλεῖστοι συνέλθοιεν Σπαρτιητέων [4]). *Vestis bellicae* proprius erat color purpureus, *periculi* igitur *instantis* signum.

1141. στρατιὰν] vid. ad Vesp. 854.
— προσαιτῶν] *petens ut mendicus* [5]). — In maius rem Lysistrata auget ioculariter [6]), aut si mavis, artificio oratorio usa.

1142. ἐπέκειτο] vid. ad Eq. 252.
— ὁ θεὸς σείων] vid. ad Ach. 138 sq.

1145 sq. Vid. ad vs. 431 sq.

1147 sq. Lacones dum alloquitur Lysistrata, Diallagen hi impense admirati manifestissima edunt signa amoris. Quapropter inique eos agere — puellam contrectando et ad se potissimum trahendo — queritur Atheniensis [7]), *peccandi* verbo usus ambiguo, quod etiam ad belli causas ceterasque civitatum controversias potest referri. Culpam autem confessus Laco „*peccavimus sane*", ait, „*sed enim nimis formosa est illa!*" — eo genere loquendi usus quo supra Atheniensis [8]). Dignus autem qui cum eius verbis conferatur est Cyclopis Euripidei trimeter: „ᾠνοχόος ἄδικος. — οὐ μὰ Δί', ἀλλ' ᾧνος γλυκύς" [9]). De locutione ἄφατον ὡς vid. ad Av. 423 et 428.

---

[1]) Thucyd. IV 119 § 2. — [2]) Vid. etiam Thucyd. VIII 6 § 3. — [3]) Pac. 1173—1177. — [4]) Herodot. I 152, in quibus verbis interpretandis errare mihi videtur Stein. — [5]) *Bedelende om*...; cf. Ach. 429. — [6]) „Mit starker Uebertreibung" (EMeyer Gesch. d. Altert. III p. 569). — [7]) Recte sic locum interpretatur Hartman. — [8]) Cf. vs. 1136. — [9]) Eur. Cycl. 560.

ΛΑΚΩΝ.

ἀδικεῦμες.

(Secum:)

ἀλλ' ὁ πρωκτὸς ἄφατον ὡς καλός.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

(ad Athenienses conversa:)

ὑμᾶς δ' ἀφήσειν τοὺς Ἀθηναίους μ' οἴει;
οὐκ ἴσθ' ὅθ' ὑμᾶς οἱ Λάκωνες αὖθις αὖ
<ἰπουμένους ἰδόντες ἐν τυραννίδι,>
κατωνάκας φοροῦντας, ἐλθόντες δορὶ

κεῦμες
1148. ἀδικεῦμες] -κιοῦμες R, i. e. ἀδικίομες. || ἄφατον ὡς Bentley] ἄφατος ς' R, permutatis — ut assolet — καί et ὡς (ς); ἁπαλὸς καὶ Meineke (ut vs. 1063).

1149. μ'] add. Dobree.

1150 sqq. Vulgatus non decurrit textus; aut igitur graviter est corruptus vel turbatus, aut aliquid intercidit. Integram quidem sententiam praebent verba tradita, si sic ordinantur: οὐκ ἴσθ' ὅτ' ... | κατωνάκας ... | ἠλευθέρωσαν ... | τὸν δῆμον ... | καὶ ξυμμαχοῦντες ... | πολλοὺς μὲν ... | πολλοὺς δὲ ... (vs. 1150 sq., 1155 sq., 1154, 1152 sq.), sed multo aptior est ordo quo versus in codice se excipiunt, non enim in caedem sed in restitutam libertatem desinere debet enuntiatum. Itaque deesse aliquid arbitror, eandemque Herwerdeni esse sententiam postmodo vidi; supplevi autem quod sufficere videbatur, — non quo contenderem iis ipsis verbis comicum esse usum. VHerwerden post vs. 1151 addit: ἔσωσαν ἐκ τῆς Ἱππίου τυραννίδος.

1151. ἐλθόντες] -τας R.

1149. *Vos vero sine reprehensione dimissuram me putas?* — De verborum structura vid. ad Vesp. 429.

1150. οὐκ ἴστε ὅτε ...;] vid. ad Av. 1054.

1151. κατωνάκας] *vestes serviles* [1]), a διφθέραις non multum diversas; erat enim ἡ κατωνάκη (κάτω-νάκη) ἐξ ἐρίου ἐσθὴς παχεῖα, νάκος δ' αὐτῇ κατὰ τὴν πέζαν προσέρραπτο ἔν τε Σικυῶνι ἐπὶ τῶν τυράννων καὶ Ἀθήνησιν ἐπὶ τῶν Πεισιστρατιδῶν, ὅπως αἰσχύνοιντο εἰς ἄστυ κατιέναι [2]). Ultimum autem nisi e nostro loco est effictum, confusis rebus Atheniensium et Sicyoniorum, — nam Sicyone κατωνακοφόροι ἐκαλοῦντο δοῦλοί τινες testibus Theopompo et Menaechmo scriptoribus [3]), — referendum est ad tempus quo Hippias ἐνεπικραίνετο Ἀθηναίοις διὰ τὸν Ἱππάρχου θάνατον [4]). Sed comici verba ita urgere nolim, qui hoc tantum dicere mihi videtur: cives sub Hippia vixisse mancipiorum vitam, dein in libertatem se asseruisse adiuvantibus Lacedaemoniis [5]). Nam fuisse tempus quo omnes cives Athenienses vestem servilem sumere iuberet tyrannus quantumvis efferatus, vix et ne vix quidem est credibile; qui in tantam insaniam si exarsisset, non tacuisset de ea re Herodotus. Dignissimi qui conferantur sunt Equitum fabulae vs. 881—891.

1152—1156. Archonte Harpactida

[1]) Vox redit Eccl. 724. — [2]) Poll. VII 60; item scholia nostrae fabulae ad vs. 618. — [3]) Athen. 271 *d* (ubi minime neglegendum illud „τινες"). — [4]) Herodot. V 62, cf. Thucyd. VI 59 [Arist.] Rep. Ath. 19 § 1. — [5]) Cum vs. 1156 cf. 586.

πολλοὺς μὲν ἄνδρας Θετταλῶν ἀπώλεσαν,
πολλοὺς δ' ἑταίρους Ἱππίου καὶ ξυμμάχους,
καὶ ξυμμαχοῦντες τῇ τόθ' ἡμέρᾳ μόνοι
ἠλευθέρωσαν κἀντὶ τῆς κατωνάκης
τὸν δῆμον ὑμῶν χλαῖναν ἤμπεσχον πάλιν;

ΛΑΚΩΝ.

(clam Lysistrata ad Atheniensem:)

οὔπα γυναῖκ' ὄπωπα χαϊωτέραν.

ΑΘΗΝΑΙΟΣ.

(item ad Laconem:)

ἐγὼ δὲ κύσθον γ' οὐδέπω καλλίονα.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

τί δῆθ', ὑπηργμένων γε πολλῶν κἀγαθῶν,
μάχεσθε κοὐ παύεσθε τῆς μοχθηρίας;
τί δ' οὐ διηλλάγητε; φέρε, τί τοὐμποδών;

ΛΑΚΩΝ.

ἁμές γα λῶμες, αἴ τις ἁμὶν τὤγκυκλον

1153. *ἑταίρους Ἱππίου* (vel -α) Suid.] *ἑτέρους ἱππίους* R.
1154. **καὶ ξυμμαχοῦντες*] *ξυνεκμαχοῦντες* R, *ξυνεκβαλόντες* vHerwerden deleto vs. 1155.
1155. *ἠλευθέρωσαν* Dindorf] *κἀλ.* R.
1156. *ἤμπεσχον* Blaydes] *ἤμπισχον* R; cf. Eq. 893 Thesm. 165 Eccl. 540.
1159. *γε* Reisig] *τε* R.
1162. *γα*] *γε* R. || *λῶμες* Bentley] *λῶμεσθ'* R. || .*τις*] *τηισ* R. || *τὤγκυκλον*] *τοὔγκυκλον* R.

(anno 511/510) Lacedaemonii duce Cleomene rege profligarunt Thessalos Hippiae socios, quibus praeerat Cineas; dein Hippiam oppugnarunt in arce, quo cum suis confugerat, utque ex composito Athenis excederet coegerunt [1]).

1157 sq. Diallagen etiam nunc laudibus apertis magis quam honestis extollunt legati inter se confabulati. De adiectivo *χαΐῳ* vid. vs. 90. In scholio pro *ἀγαθωτέραν* lego *ἀγαΝωτέραν*.

1159—1161. *τί … οὐ …;*] vid. ad Eq. 1207.

1159. *ὑπηργμένων*] i. e. *εἰργασμένων* (*ὑμῖν εἰς ἀλλήλους*), *postquam multa et praeclara beneficia alteri alteris praestitistis* [2]).

1162 sq. *λῶμες … λῇ*] de hoc verbo vid. ad Ach. 749.

— *τὸ ἔγκυκλον … τοῦτο*] respiciens Laco quae de *κατωνάκῃ* et *χλαίνῃ* modo dixit Lysistrata, et ipse nunc *vestis* facit mentionem [3]). Scholii explicatio, castel-

---

[1]) Herodot. V 63 sqq. [Arist.] Rep. Ath. 19 § 4—6. — [2]) Cf. Antiphont. V § 58 Lys. XXI § 25 Eur. Herc. 1169 etc. — [3]) Vocem *ἔγκυκλον* vid. vs. 113.

λῆ τοῦτ᾽ ἀποδόμεν.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ποῖον, ὦ τᾶν;

ΛΑΚΩΝ.

τὰν Πύλον,
τᾶσπερ πάλαι δεόμεθα καὶ βλιμάδδομες.

ΑΘΗΝΑΙΟΣ.

μὰ τὸν Ποσειδῶ, τοῦτο μέν γ᾽ οὐ δράσομεν.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ἄφετ᾽, ὦ ἀγάθ᾽, αὐτοῖς.

ΑΘΗΝΑΙΟΣ.

κᾆτα τίνα . . . κινήσομεν;

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ἕτερόν γ᾽ ἀπαιτεῖτ᾽ ἀντὶ τούτου χωρίον.

ΑΘΗΝΑΙΟΣ.

τὸ δεῖνα τοίνυν, παράδοθ᾽ ἡμῖν τουτονὶ
πρώτιστα τὸν Ἐχινοῦντα, καὶ τὸν Μηλιᾶ

1163. ἀποδόμεν Brunck] ἀποδῶμεν R.
1164. τᾶσπερ (ἅσπερ) Bergler] ὥσπερ R. || δεόμεθα Elmsley] -μεσθα R. || βλιμάδδομες Brunck] -ττομες R.
1165. δράσομεν Cobet] δράσετε R.
1167. χωρίον Bentley] τοῦ χωρίου R.

---

lum ob propugnaculi rotunditatem nunc vocari ἔγκυκλον, risum movet; ipsam Diallagen manu indicat Laco.

1163 sq. De *Pylo* — quam Athenienses etiam obtinebant [1]) — Lacedaemoniis reddenda legatus loquens verbo amatorio utitur; est enim βλιμάζειν id fere quod πειρᾶν [2]). Nempe *portam* urbis nomen significat [3]).

1165. τοῦτο . . . οὐ δράσομεν] οὐκ ἀποδώσομεν ὑμῖν.

1166. *Quemnam igitur agitabimus*, — ταράξομεν, ut mox dicitur [4]), — si non liceat Lacedaemonios? Ambiguo et ipse verbo ùtitur [5]).

1168. τὸ δεῖνα] vid. ad Vesp. 524.

1169 sq. „Vos igitur" — Atheniensis ait — „nobis reddite Echinuntem totumque illum sinum Euboeae littus septentrionale alluentem; — quam regionem Agis tertio abhinc anno nobis eripuit [6]). Nec non reposcimus Megaren-

---

1) Vid. CIA. I 188 (Dittenb. Syll. 44[10]). Sequenti demum anno iis erepta est (Diodor. XIII 64). — 2) Vid. ad Av. 530 et cf. ὑποψαλάσσειν supra vs. 84. — 3) Cf. Eccl. 990. — 4) Vs. 1232. — 5) Vid. annot. crit. ad Nub. 1102. — 6) Thucyd. VIII 3.

κόλπον τὸν ὄπισθεν καὶ τὰ Μεγαρικὰ σκέλη.

ΛΑΚΩΝ.

οὐ τὼ σιώ, οὐχὶ πάντα γ', ὦ λισσάνιε.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ἐᾶτε, μηδὲν διαφέρου περὶ σκελοῖν.

ΑΘΗΝΑΙΟΣ.

ἤδη γεωργεῖν γυμνὸς ἀποδὺς βούλομαι.

ΛΑΚΩΝ.

ἐγὼν δὲ κοπραγωγῆν γα ποτί, ναὶ τὼ σιώ.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

ἐπὴν διαλλαγῆτε, ταῦτα δράσετε.
ἀλλ' εἰ δοκεῖ δρᾶν ταῦτα βουλεύσασθε, καὶ
τοῖς ξυμμάχοις ἐλθόντες ἀνακοινώσατε.

ΑΘΗΝΑΙΟΣ.

ποίοισιν, ὦ τᾶν, ξυμμάχοις; ἐστύκαμεν!

1171. *οὐχὶ*] *οὔτι* Meineke. || *λισσάνιε* Phot. Hesych.] *λυσσάνιε* R.
1172. *ἐᾶτε*] *ἔα αὐτά* Blaydes, fortasse recte (coll. Ran. 1243). || *σκελοῖν*] *τοῖν σκελοῖν* Bentley, sed melius ni fallor abest articulus; cf. Av. 1639.
1174. *ἐγὼν*] *ἐγὼ* R. || *ποτί* Elmsley] *πρῶτα* R, *πρῴ* Bisetus, *λῶ* Reisig.

---

sia *σκέλη* ante annos duodecim diruta [1]), quibus Megara urbs olim Nisaeae portui — ut Athenae Piraeo — et ipsi nostrae dicioni fuit iuncta." — Nisaeam Athenienses etiam tenebant; anno 409 amiserunt [2]). Voces *κόλπος* et *σκέλη* etiam amatorio loquendi generi, in quod identidem ambo relabuntur, egregie conveniunt.

1171. *οὐ τὼ σιώ*] de negatione vid. ad vs. 986, de nomine ad Ach. 905.

— *λισσάνιε*] vocem laconicam alibi non obviam, cuius sonus in mentem nobis revocat quod supra legimus *κυρσάνιε* [3]), Photius et Hesychius probabiliter interpretantur *ἀγαθέ* vel *φίλε*. Scholiasta *μαινόμενε*, lectionem codicis R *λυσσάνιε* secutus, quae itacismo debetur.

1173 sq. Dubitare incipit Atheniensis, dum iram vincit amor; nam impense cupit iam „nudus arare" ex prisco praecepto Hesiodi [4]), *γυμνὸς ἀροῦν τὸ πεδίον*, et idem fere optat Laco: bello tandem aliquando ad finem perducto redire ad suos agros, perinde atque Dicaeopolis ille vel Trygaeus [5]). Iis autem verbis et nunc utuntur, quae etiam aliter possint accipi [6]). — De verbo *λῆν* vid. ad Ach. 749, de voce *σιώ* ad Ach. 905.

1174. *ποτί*] *insuper*. Vid. ad Ran. 415.

1176. *εἰ δοκεῖ δρᾶν ταῦτα*] *placeantne istae condiciones*.

— *καί*] vid. ad Plut. 752.

1177. *ἀνακοινώσατε*] vid. ad Nub. 197.

1178. *ποίοισιν*] vid. ad Ran. 529.

---

1) Thucyd. IV 109. — 2) Diodor. XIII 65. — 3) Vs. 983. — 4) Hes. Oper. 391 Verg. Georg. I 299. — 5) Cf. Ach. 202 etc., Pac. 919 sqq. — 6) Cf. vs. 88 et vid. ad Av. 506 sq.

οὐ ταὐτὰ δόξει τοῖσι συμμάχοισι νῷν,
βινεῖν ἅπασι;

ΛΑΚΩΝ.

τοῖσι γῶν, ναὶ τὼ σιώ,
ἁμοῖσι.

ΑΘΗΝΑΙΟΣ.

καὶ γάρ, ναὶ μὰ Δία, Καρυστίοις.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

καλῶς λέγετε. νῦν οὖν ὅπως ἁγνεύσετε,
ὅπως ἂν αἱ γυναῖκες ὑμᾶς ἐν πόλει
ξενίσωμεν ὧν ἐν ταῖσι κίσταις εἴχομεν.
ὅρκους δ' ἐκεῖ καὶ πίστιν ἀλλήλοις δότε·
καὶ ἔπειτα τὴν αὑτοῦ γυναῖχ' ὑμῶν λαβὼν
ἄπεισ' ἕκαστος.

1179. συμμάχοισι] -χοις ἃ Blaydes; vid. comment.
1180. γῶν] γ' οὖν R.
1183. ὅπως] ἕως Hamaker; vid. comment.
1184. ὧν] οἷς Blaydes.

1179. ταὐτὰ ... νῷν] i. e. ταὐτὰ <ἃ δοκεῖ> νῷν. Sic alibi πρότερον ... αὐτῆς παρ' ἐμοί significat: πρότερον παρ' ἐμοὶ ἢ παρ' αὐτῇ [1]). Similis breviloquentiae haec sunt atque „comparatio compendiaria" quae dicitur: ἀκτῖνες δεινότεραι Κύννης; [2]). Praeterea conferri possunt loci ubi „τὸν αὐτὸν ἐμοί" et similia id valent quod: „τὸν αὐτὸν ὅν ἐγώ" etc. [3]).

1180. ναὶ τὼ σιώ] vid. ad Ach. 905.

1181. *Neque aliter opinor censent socii nostri; et Καρυστίοις certe quin ita videatur, ne dubitari quidem sinit eorum nomen* [4]).

1182. ὅπως ἁγνεύσετε] vid. ad Nub. 489.

1183. *Ut in arce* [5]), *loco sacro* [6]), *vos cena excipere possimus*. Legati more solito ἐπὶ δεῖπνον καλοῦνται [7]), non tamen in prytaneum, sed in arcem, ubi mulieres iam dominantur, quemadmodum Pisetaerus legatos Olympiorum vocat in suam regiam [8]).

— ὅπως;] iteratur nunc ὅπως, ut alibi ἵνα [9]), ὅτε [10]), ὅταν [11]), ἐπεί [12]), ἤν [13]), ἀλλά [14]), γάρ [15]); cf. etiam infra ἄπιτε, ὅπως ἂν ... ἀπίωσιν [16]). Qualia minime dedecent sermonem quotidianum.

1184. κίσταις] vid. ad Eq. 1211.

— εἴχομεν] de imperfecto vid. ad Nub. 57.

---

1) Eccl. 700 sq. — 2) Vesp. 1032, ubi vid.; item Ach. 783 Thesm. 648 Eccl. 71. — 3) Vesp. 10 etc. — 4) Vid. ad vs. 1058. — 5) Vid. ad Nub. 69. — 6) Cf. vs. 912. — 7) Cf. Ach. 124 sq. — 8) Cf. Av. 1602. — 9) Eq. 747 sq. — 10) Vesp. 355. — 11) Eccl. 663 sq. — 12) Thesm. 78—80. — 13) Thesm. 926 sq. — 14) Eccl. 581, 1159 sq. — 15) Eccl. 3 sq., 37 sq., 205 sq. etc. — 16) Vs. 1224.

ΑΘΗΝΑΙΟΣ.

ἀλλ᾽ ἴωμεν ὡς τάχος.

ΛΑΚΩΝ.

ἄγ᾽ ὅπα τὺ λῇς.

ΑΘΗΝΑΙΟΣ.

νὴ τὸν Δί᾽, ὡς τάχιστά γε.

(Arcem intrant omnes.)

ΓΕΡΟΝΤΕΣ.

Stropha II (vs. 1189—1202).

στρωμάτων δὲ ποικίλων καὶ
χλανιδίων καὶ ξυστίδων καὶ
χρυσίων, ὅσ᾽ ἐστί μοι,
οὐ φθόνος ἔνεστί μοι
πᾶσι παρέχειν φέρειν τοῖς
παισίν, ὁπόταν τε θυγά-
τηρ τινὶ κανηφορῇ.

πᾶσιν ὑμῖν λέγω,
λαμβάνειν τῶν ἐμῶν
χρημάτων νυν ἔνδοθεν, καὶ

1188. ὅπα] ὅποι Meineke. || τάχιστά γε] τάχιστ᾽ ἄγε Beer.

1189 sqq. Sic distribui; in R omnes eidem (vel iisdem) tribuuntur; praescripsit librarius $\overset{o}{\chi}$ $\overset{\delta}{\alpha}\nu$ (i. e. χορὸς ἀνδρῶν), dein, his deletis, $\overset{\tau}{\lambda}\upsilon$ (i. e. Λυσιστράτη).

1190. ἐστί μοι Elmsley (ἔστ᾽ ἐμοί Bentley)] ἐστὶν ἐμοὶ R, ἔστ᾽ ἔτι Reisig.

1191. ἔνεστί μοι] ante ἔνεστί librarius R scribere coepit ἐστι sed semiperfectum delevit; ἔτ᾽ ἐστὶ μὴ οὐ Blaydes coll. vs. 1198.

1187. ὡς τάχος] item Pacis initio: αἶρ᾽, αἶρε μᾶζαν ὡς τάχος τῷ κανθάρῳ [1]). Sic alibi dicitur: ὅσον τάχος [2]), i. e. ὅσον τάχος ἡμῖν ἔνεστιν.

1188. λῇς] vid. ad Ach. 749.

1189. δὲ] sic cantico proximo haec subiunguntur; vid. ad Av. 1553.

— ξυστίδων] vid. ad Nub. 70.

1191. Cf. Eccl. 690.

1192 sq. Vert.: *omnibus commodare in usum liberorum*. De puellarum autem mundo vid. Ach. 260 Av. 1551.

1195. λέγω] id quod κελεύω, vid. ad Av. 1074 sq.

---

[1]) Pac. 1; codd. ὡς τάχιστα κανθάρῳ, corr. Kiehl. — [2]) Thesm. 727 Eur. Andr. 1066.

μηδὲν οὕτως εὖ σεσημάν-
θαι, τὸ μὴ οὐχὶ
τοὺς ῥύπους ἀνασπάσαι,
χἄττ' ἂν ἔνδον ᾖ φορεῖν.
ὄψεται δ' οὐδὲν σκοπῶν, εἰ
μή τις ὑμῶν
ὀξύτερον ἐμοῦ βλέπει.

ΓΥΝΑΙΚΕΣ.

Antistropha II (vs. 1203—1215.)

εἰ δέ τῳ μὴ σῖτος ὑμῶν
ἔστι, βόσκει δ' οἰκέτας καὶ
σμικρὰ πολλὰ παιδία,
ἔστι παρ' ἐμοῦ λαβεῖν
πυρίδια λεπτὰ μέν, ὁ δ' οὖν
ἄρτος ἀπὸ χοίνικος ἰ-
δεῖν μάλα νεανίας.

ὅστις οὖν βούλεται
τῶν πενήτων, ἴτω
εἰς ἐμοῦ, σάκκους ἔχων καὶ

1198. *σεσημάνθαι*] -*θω* Hamaker.
1200. *χἄττ'*] *χ' ἅτ'* R. ‖ *ἂν*] add. Elmsley.
1206. **οὖν*] metri causa supplevi. Cf. vs. 717.
1208. *νεανίας*] *νεανικός* Blaydes.
1211. *σάκκους*] *σάκους* R.

1198. *σεσημάνθαι*] vid. ad Eq. 947.

1199. *τὸ μὴ οὐχὶ* | *τοὺς ῥύπους ἀνασπάσαι*] *quin rescindatis sigilla*. De locutione *τὸ μὴ οὐχὶ* vid. ad Ran. 68; *ῥύπος* est *cretula*, qua ad obsignandum utebantur [1]), sunt igitur *οἱ ῥύποι* id quod *αἱ σφραγῖδες*, *signa* cretulae impressa [2]). Pro verbo *ἀνασπᾶν* ludicre dicitur *ἀνακογχυλιάζειν* Vesp. 589.

1201 sq. Postquam spectatoribus benigne admodum sunt polliciti se omnia sua iis largituros, ludicre addunt: „sed veremur ut quicquam apud nos sitis inventuri."

1206—1208. Iocose sibi opponuntur — quae revera minime repugnant — *λεπτός* et *νεανίας*: *tenuis quidem est farina, sed panis minime tenuis, immo probe adultus*. Quocum ioco conferantur velim Euripidis ad Dicaeopolidem verba: *πυκνῇ λεπτὰ μηχανᾷ φρενί* [3]). — De praepositione *ἀπό* vid. ad Eq. 538, de *choenice* mensura ad Vesp. 440, de inf. *ἰδεῖν* (*adspectu*) ad Nub. 1172, de voce *νεανίᾳ* ad Eq. 611.

---

[1]) *πηλός*; Athen. 585 *d*. — [2]) Cf. schol. Hesych. Poll. X 59. — [3]) Ach. 445.

κωρύκους, ὡς λήψεται πυ-
ρούς· ὁ μανῆς δ'
οὑμὸς αὐτοῖς ἐμβαλεῖ.
πρός γε μέντοι τὴν θύραν
προαγορεύω μὴ βαδίζειν
τὴν ἐμήν, ἀλλ'
εὐλαβεῖσθαι τὴν κύνα.

EXODUS.

(vs. 1216—1321.)

SCENA VIGESIMA SEPTIMA.

Legatus Atheniensis, Chorus.

ΑΘΗΝΑΙΟΣ Α.

(post valvas occlusas clamans:)

ἄνοιγε τὴν θύραν σύ! — παραχωρεῖν ἔδει!

1212. *οὑμὸς αὐτοῖς* Bentley] *αὐτοῖς ὁὑμὸς* R.
1214. *προαγορεύω* Kuster] *προσαγορεύω* R.
1216—1220. Atheniensi I tributit Hamaker; in R praescriptum est $\overset{\alpha}{\vartheta\varepsilon\varrho}$/ (i. e.

1212. *ὁ μανῆς . . . ὁ ἐμὸς*] ***meum mancipium***. Non iam proprii nominis vicem obit *μανῆς*, sed ***servum*** i. u. significat [1]). — *ἐμβαλεῖ*] vid. ad Av. 1145 sq.

1213—1215. Mulieres postquam spectatores non minus liberaliter quam viri promissis cumularunt, ludicre sic desinunt: „sed si quis propius accedat ad meas aedes, caveto canem!" Nempe *οἵαπερ ἡ δέσποινα, τοιαύτη κύων!* Illa „clausum fore ostium" modo minitata est [2]), haec vel dentibus fugatura visitores. — Plane idem puero mihi narrari memini: iussus quis a familiari ad cenam si posset adesse, iusto tempore cum suis comtus ornatusque accurrit, feriit ianuam, denuo feriit, *κενταυρικῶς μάλα ἐνήλατο·* frustra omnia; tandem audit vocem amici per fenestram semiapertam se increpantis: „strepitus iste quid sibi vult?" — „Nos adsumus ad cenandum." — „Quin igitur propere abitis rursus?" — „At vocasti!" — „Minime: si posses, dixi, venires: tu vero nequis, nam clausa est ianua." Et clausa manebat. — Tam vivaces fuere ioci quos olim peperit Graeciae caelum hilarum. Et vide quam verum sit illud: „nunquam tam male esse Graecis quin facete aliquid dicant;" nunc ipsa civium et civitatis inopia iocandi praebet materiem [3]). Nam revera exhaustum erat aerarium publicum, exhausti thesauri privati.

1216 sqq. Ut Acharnenses Vespasque fabulas, sic hanc quoque claudunt cla-

---

[1]) Cf. Pac. 1146. Sic nos: ***de jan uit het koffiehuis***, vel: ***een heele piet***. — [2]) Cf. vs. 1071. — [3]) Cf. Ach. 878—880.

(Aperto ostio unus e legatis Atheniensium, qui et supra verba fecit, proruit appotus et facem manu tenens. Confluunt homines de plebe et servi heros domum redituros opperientes. His minatur legatus:)

ὑμεῖς τί κάθησθε; μῶν ἐγὼ τῇ λαμπάδι
ὑμᾶς κατακαύσω;

(Secum reputans:)

φορτικὸν τὸ πρᾶγμ' ἄγαν·
οὐκ ἂν ποιήσαιμ'.

θεράπων, litteras πων et accentum addidit manus recens), Brunck autem ἀγοραῖον („circumforaneum") nescio quem huc vocavit, alii aliter.

1216. σύ. Bentley] .οὐ R invitis numeris. || ἤδει Dindorf] θέλεις R (male pro ἐθέλεις, vid. ad Vesp. 493).

1218. *πρᾶγμ' ἄγαν] χωρίον R; quod recte interpretatus est vWilamowitz: „der τόπος Keilerei", sed grammatico, non poetae deberi id mihi videtur. Mutavi partim secutus scholion: „τὸ πρᾶγμα, τὸ ὑμᾶς καῦσαι", partim Blaydesium, qui coniecit χρῆμ' ἄγαν. Vocem χωρίον parum tuetur Thucydidis locus I 97 § 2, emblema autem τὸ χωρίον est etiam Herodot. II 117 (ubi del. Valckenaer, item Stein vHerwerden alii).

---

mores saltusque convivarum a cena recentium. Laeto convivio legati a mulieribus in arce excepti postquam pacem modo initam celebrarunt, correptis iam facibus foras erumpunt multo vino stimulati, κωμάζοντες καὶ τωθάζοντες τοὺς ἐντυγχάνοντας.

1216. Ad feminam ianitricem haec dici recte observat scholion. De imperfecto ἤδει vid. annot. crit. ad Eq. 751.

1217—1220. Facem suam circumstantibus intentat homo appotus [1]), ludicre admodum perhibens a se posci ut eos adurat, quod insulsum quidem sibi videri, sed tamen morem se iis ipsisque spectatoribus gesturum. Similia sunt puellae in Ecclesiazusis verba: „καὶ γὰρ δι' ὄχλου τοῦτ' ἐστὶ τοῖς θεωμένοις, | ὅμως ἔχει τερπνόν τι καὶ κωμῳδικόν [2]). De re vid. ad Nub. 543; proxime autem ad nostrum locum accedunt Philocleonis clamores: „κλαύσεταί τις τῶν ὄπισθεν | ἐπακολουθούντων ἐμοί! | οἷον, εἰ μὴ ἐρρήσεσθ', ὑμᾶς | ὦ πονηροὶ ταυτηὶ τῇ | δᾳδὶ φρυκτοὺς σκευάσω!" [3]) nec non ioci iuvenis ebrii in Pluto [4]). Quibus locis collatis emendatius sic scribi potest scholion Thesm. 917 [5]) ad verba „τυπτόμενος τῇ λαμπάδι": τὸ χ παράκειται τῷ στίχῳ, ὥ ς [6]) φησι Καλλίστρατος, ὅ τ ι [7]) ‚τῇ λαμπάδι' εἶπεν, ἀ λ λ α χ ο ῦ δ ὲ [8]) ‚τῇ δᾳδί', ὡς δῆλον εἶναι ὅτι ἑκατέρως ἔλεγον. ο ὐ κ [9]) ἀνάξιος δὲ ἂν εἴη ὁ Καλλίστρατος πιστεύεσθαι, ὡς ἂν περὶ διδασκάλου τοῦ Ἀριστοφάνους λέγων. Et „*ferire aliquem* τῇ λαμπάδι" dici et: „τῇ δᾳδί" observaverat Ar. Byzantius.

1217. ὑμεῖς τί κάθησθε;] item Strepsiades ad spectatores: τί κάθησθ' ἀβέλτεροι; [10]).

1218. φορτικόν] vid. ad Vesp. 65 sq.

---

[1]) Ad spectatores haec dici Blaydesii est opinio; sequor Wilamowitzium. — [2]) Eccl. 888 sq. — [3]) Vesp. 1326 sqq. — [4]) Plut. 1052 sqq. — [5]) Quod infelicissime olim tractavit Dindorf. — [6]) Sic scripsi pro „.καί." — [7]) Sic dedi pro „οὐ." — [8]) Sic dedi, ἀλλὰ νὴ cod.; fortasse sufficit ἀλλὰ μή. — [9]) Supplevit Rutherford. — [10]) Nub. 1201.

(Mente mutata:)

εἰ δὲ πάνυ δεῖ τοῦτο δρᾶν,
ὑμῖν χαρίσασθαι, προσταλαιπωρητέον.

ΚΟΡΥΦΑΙΟΣ.

χἠμεῖς γε μετὰ σοῦ ξυνταλαιπωρήσομεν.

ΑΘΗΝΑΙΟΣ Α.

οὐκ ἄπιτε; κωκύσεσθε τὰς τρίχας μακρά.
οὐκ ἄπιθ', ὅπως ἂν οἱ Λάκωνες ἔνδοθεν
καθ' ἡσυχίαν ἀπίωσιν ηὐωχημένοι;

(Prodit alter conviva.)

SCENA VIGESIMA OCTAVA.

Eidem, Legatus alter.

ΑΘΗΝΑΙΟΣ Β.

οὔπω τοιοῦτον ξυμπόσιον ὄπωπ' ἐγώ!
ἦ καὶ χαρίεντες ἦσαν οἱ Λακωνικοί·

1220. *χαρίσασθαι* Bentley] *-ζεσθαι* R. || *προσταλαιπωρητέον* Blaydes] *-ουμεν* R, *-σομεν* Bentley, *-σομαι* Enger, *χαριζόμενος ταλαιπωρήσομαι* Dindorf, *εἰ δὲ πάνυ δὴ τοῦτο δρῶν* | *ὑμῖν χαριοῦμαι, προσταλαιπωρήσομεν* dubitanter vWilamowitz.

1221. Recte Choro (Coryphaeo) tribuit R ($\overset{\rho}{\chi}$), Mulierum choro dat Bergk, Circumforaneo alteri Enger, alteri Atheniensi Hamaker.

1222—1224. Haec quoque Atheniensi I dedit Hamaker; nihil praescriptum habet R, *θεράποντι* (vid. ad 1216—1220) dat Iunt.

1224. *ηὐωχημένοι*] *εὐωχ.* R.

1225—1227. Alteri Atheniensi tribuit Hamaker; $\overset{\nu}{\alpha\theta\eta}$/ praescriptum in R. Versum 1225 propter verbum *ὄπωπα* Laconis esse censet vWilamowitz (coll. vs. 1157); sed sic non video quomodo cohaereat locus, et Lacones versu demum 1241 prodiisse indicasse videtur poeta. Quod nisi ita esset, versus 1225—1227 Laconi tribuerem libenter sic fere mutatos: **ἐντὶ τοὶ Λ.*, | *ὑμὲς δ' κτέ.*

1226 sq. *ἦ ... δ'*] *εἰ ... γ'* vWilamowitz.

1219. *εἰ δὲ πάνυ δεῖ τοῦτο δρᾶν*] cf. vs. 73.

1220. *προσταλαιπωρητέον*] cf. vs. 766.

1222. *κωκύσεσθε τὰς τρίχας μακρά*] magis solitum est: *τὴν κεφαλήν* [1]), sed nunc solos capillos commemorat [2]), quibus inprimis a face ardenti praesens instat periculum.

1223 sq. *ἄπιτε ... ἀπίωσιν*] vid. ad vs. 1183.

1225. *ὄπωπα*] dictionis sublimioris verbum indicio esse videtur hunc hominem locum aliquem tragicum imitari [3]). In sermone quotidiano *ἑόρακα* vel *εἶδον* sic dicebatur [4]).

1226. *Λακωνικοί*] vid. ad Nub. 186.

---

[1]) Vid. ad Plut. 612 et ad Ran. 84. — [2]) Cf. vs. 448. — [3]) Cf. tamen ann. crit. — [4]) Vid. Nub. 628, 767 etc.

ἡμεῖς δ' ἐν οἴνῳ ξυμπόται σοφώτατοι.

ΑΘΗΝΑΙΟΣ Α.

ὀρθῶς γ', ὁτιὴ νήφοντες οὐχ ὑγιαίνομεν!
ἢν τοὺς Ἀθηναίους ἐγὼ πείσω λέγων,
μεθύοντες ἀεὶ πανταχοῖ πρεσβεύσομεν.
νῦν μὲν γὰρ ὅταν ἔλθωμεν εἰς Λακεδαίμονα
νήφοντες, εὐθὺς βλέπομεν ὅ τι ταράξομεν·
ὥσθ' ὅ τι μὲν ἂν λέγωσιν οὐκ ἀκούομεν,
ἃ δ' οὐ λέγουσι, ταῦθ' ὑπονενοήκαμεν,
ἀγγέλλομεν δ' οὐ ταὐτὰ τῶν αὐτῶν πέρι.
νυνὶ δ' ἅπαντ' ἤρεσκεν· ὥστ', εἰ μέν γέ τις
ᾄδοι Τελαμῶνος, Κλειταγόρας ᾄδειν δέον,
ἐπῃνέσαμεν ἂν καὶ πρὸς ἀνεκροτήσαμεν.

1228—1240. Atheniensi I tribuit Hamaker; in R sunt Chori.
1228. *ὁτιὴ* Bentley] *ὅτι* R; an **ἐπεὶ*?
1230. *πανταχοῖ* Brunck] -*χοῦ* R.
1236. *μέν γέ τις*] *τις μέλος* Blaydes.
1238. **πρὸς ἀνεκροτήσαμεν*] *προσεπιωρκήσαμεν* R sine sensu; lenior foret correctio *ἐπεκροτήσαμεν*, sed id apud Atticos non invenio.

1228. Nempe tum cum prorsus sicci sumus, *τὰ βουλεύματα ὥσπερ μεθυόντων ἐστὶ παραπεπληγμένα* [1]). — Sic in Pluto Chremylus ridens perhibet iuvenem illum, cui amica subito insenuisse videtur, post pocula *ὀξύτερον βλέπειν* [2]).

1232. *ὅ τι ταράξομεν*] cf. vs. 1166.

1234. *ὑπονενοήκαμεν*] vid. ad Plut. 361.

1236—1238. *Iam vero nihil non placebat, et si quis Telamonem cecinisset ad modos carminis de Clitagora*, — exorsus a verbis: „*παῖ Τελαμῶνος αἰχ- | μητά, λέγουσί σε*" [3]) pro: „*χρήματα καὶ βίον | Κλειταγόρᾳ τε καὶ ἐ- | μοὶ μετὰ Θετταλῶν*" [4]), — *ne is quidem improbatus esset, sed plausum tulisset* [5]). Nempe similes utriusque carminis erant numeri, modi vero et ipsorum verborum color dissimiles. — Iocus neque obscurus est et clare illustratur simillimo versu Cratini [6]): *Κλειταγόρας ᾄδειν, ὅταν Ἀδμήτου μέλος αὐλῇ* (*ἡ αὐλητρίς*), unde apparet proverbii loco haec fuisse dicta de iis qui rustice stolideque turbarent omnia. Non intellexit comicum is qui in scholiis scripsit: „*ὁ νοῦς ὅτι τὰ ἐναντία λέγομεν ἑαυτοῖς καὶ πράττομεν*", quem sequi non debebat Bergler sic scribens: „est autem absurdum in convivio, quod propter pacem modo initam erat institutum, cantare carmina de bello aut bellicosis viris" sqq.

1238. *πρὸς*] vid. ad Ran. 415.
— *ἀνεκροτήσαμεν*] cf. Eq. 651.

---

1) Eccl. 139. — 2) Plut. 1047 sq. — 3) Athen. 695 *b, c*. — 4) Vesp. 1245 sq. — 5) Ut si nos dicamus: *en al had er een „hoe dankbaar is mijn kleine hond" gezongen op de wijs van „wien Neerlands bloed", dan hadden wij het nòg goed gevonden en zelfs geapplaudisseerd.* — 6) Cratin. fr. 236.

(Servos denuo appropinquantes fugans:)

ἀλλ' οὑτοιὶ γὰρ αὖθις ἔρχονται πάλιν
εἰς ταὐτόν. οὐκ ἐρρήσετ', ὦ μαστιγίαι;

ΑΘΗΝΑΙΟΣ Β.

νὴ τὸν Δί', ὡς ἤδη γε χωροῦσ' ἔνδοθεν.

(Prodeunt legati Lacedaemoniorum comitante tibicine.)

SCENA VIGESIMA NONA.

Eidem, Lacones.

ΛΑΚΩΝ.

(ad tibicinem:)

ὦ πολυχαρείδα, λαβὲ τὰ φυἀτήρια,
ἵν' ἐγὼν διποδιάξω τε κἀείδω καλὸν
ἐς τὼς Ἀσαναίως τε χἄμ' ἄεισμ' ἁμᾶ.

1241. Atheniensi II dedit Hamaker; in R est paragraphus, recens manus adscripsit *θερ.*

1242. *πολυχαρείδα*] *-ρίδα* R, *πουλυχαρίδα* Par.; vid. vs. 1098. ‖ *φυἀτήρια*] *φυσατήρια* R Par.; vid. ad vs. 995.

1243. *ἐγὼν*] *ἐγὼ* R Par. ‖ *τε* Meineke] *γε* R Par., *γα* Brunck. ‖ *κἀείδω*] *κἀΐσω* R, *καὶ κινήσω* Par.; vid. ad vs. 995.

1244. *τὼς Ἀσαναίως*] *τοὺς ἀναναίους* R. ‖ *χἄμ'* (i. e. *καὶ ἀμὲ*) *ἄεισμ'* Meineke] *καὶ ἡμᾶς* R, *καὶ ἐς ἡμᾶς* Par., *κἀς αὐτὼς* Ahrens, *χἄμ' αὐτὼς ἅμα* Enger, *κῆς ἄμ' ᾆσμ'* Bergk. ‖ *ἁμᾶ*] *ἅμα* R Par.

1240. Cf. Pac. 972.

1242. *ὦ πολυχαρείδα*] sic alloquitur *tibicinem* [1]), non eum qui per totam fabulam more solito chori cantica comitatus est [2]), sed *Laconem*, qui nunc demum cum ceteris convivis prodiit, suas tibias manu tenens. Sic etiam in Thesmophoriazusarum exitu suum secum tibicinem in scenam adducit Euripides [3]). De *πολυχαρείδᾳ* voce vid. supra vs. 1098. — Olim fuit qui *Boeotum legatum* aliquem intellegeret; adesse enim Boeotias quoque Corinthiasque mulieres in arce. Cui prudenter oblocutus alius interpres „*ἀλλὰ γὰρ*" ait „*ἐν τοῖς πρέσβεσιν οὐδαμοῦ παρέδωκεν ὅτι καὶ ἕτεροι παρῆσαν*": *ipse poeta supra nonnisi Laconum mentionem fecit.* Quae notula alterius verbis legitur intermixta, est autem in fine scholii collocanda.

— *τὰ φυἀτήρια*] *fistulas*; deminutivum hoc est vocis *φυσητῆρος* [4]).

1243. *διποδιάξω*] saltatio quaedam dicebatur *διποδία*, teste versiculo Cratini, quem scholia afferunt: *ἄρξει γὰρ αὐτοῖς ἡ διποδία* <*παγ*> *κάλως* [5]).

1244. Cf. Cyclopis Theocritei ad Galateam verba: (*fistula canto*) *τίν, τὸ φίλον γλυκύμαλον, ἁμᾶ κἠμαυτὸν ἀείδων* [6]), et de praepositione *ἐς* vid. ad Av. 917.

---

[1]) Recte sic Brunck. — [2]) Ut Eccl. 891. — [3]) Thesm. 1175 sqq. — [4]) Herodot. IV 2; de termino *-τήρ* vid. Enchirid. dict. ep. p. 327. — [5]) Cratin. fr. 162; cf. Hesych. et Poll. IV 101. Supplevi <*παγ*> ut constarent numeri, incerta sane coniectura. — [6]) Theocrit. XI 39.

ΑΘΗΝΑΙΟΣ Α.

λαβὲ δῆτα τὰς φυσαλλίδας, πρὸς τῶν θεῶν,
ὡς ἥδομαί γ' ὑμᾶς ὁρῶν ὀρχουμένους.

ΛΑΚΩΝ.

(Canens et saltans accinente tibicine Lacedaemonio; saltant etiam ceteri legati Lacones.)

ὅρμαὁν τῷ κυρσανίῳ, Μναμόνα,
τὰν τεὰν Μῶάν, ἅτις
οἶδεν ἁμὲ τώς τ' Ἀσαναί-
ως, ὅκα τοὶ μὲν ἐπ' Ἀρταμιτίῳ

1246. *γ' ὑμᾶς ὁρῶν* Bentley] *γ' υ* (deleto *υ*) *ὁρῶν ὑμᾶς* R, *ὑμᾶς* Par.

1247—1272 et 1275—1299 (1297—1321). Ab uno cantari comicus apertis verbis dicit vs. 1243 et 1273 (1295). Versui 1247 in R appictum est *λάκων*, versui 1275 (1297) *χ̊ λακ̓ε.*

1248. *τῷ -ῳ* vWilamowitz] *τὼς -ως ὦ* R Par.; dativum sing. legit schol. || *Μναμόνα* R] *-μοσύνα* Par., *-μοῦνα* Enger.

1249. *τεὰν* R] *τ' ἐμὰν* Par. (quod vitium peperit accusativus, quem praebet versus 1248); cf. Av. 906.

1250. *οἶδεν*] *εἶδεν* Meineke. || *τώς τ' Ἀσαναίως*] *τούς τ' -ους* R Par.

1251. *Ἀρταμιτίῳ* R] *-τεμισίῳ* Par.

1245. *δῆτα*] vid. ad Eq. 726.

— *τὰς φυσαλλίδας*] tibias has laconicas ab Atheniensium *αὐλοῖς* fuisse diversas testatur ipsum nomen. Conferantur *ὀστινοι* quos dicit Boeotus ille in Acharnensibus [1]).

1247—1249. Simile exordium habebat Alcmanis hymnus in Iovem: *Μῶσ' ἄγε, Μῶσα λίγεια πολυμελὲς ἀοιδᾶς μέλος νεοχμὸν ἄρχε παρσένοις ἀείδειν* [2]). Mnemosynen „*ὅρμησον τὴν σὴν μοῦσαν*" nunc adhortatur chorus, ut ipsam Musam poeta in Avibus: „*Νεφελοκοκκυγίαν τὴν εὐδαίμονα κλῇσον, ὦ Μοῦσα, τεαῖς ἐν ὕμνων ἀοιδαῖς* [3]). — De voce *κυρσανίῳ* vid. vs. 983.

1250. *οἶδεν* . . . | *ὄκα*] vid. ad Av. 1054.

1251—1253. *Cum illi ad Artemisium* — ubi *παῖδες Ἑλλήνων ἐβάλοντο φαεννὰν κρηπῖδ' ἐλευθερίας* [4]) — *in naves irruerunt diis similes Medosque vicerunt.* — Vox prisca *κᾶλα ligna* [5]) in lingua dorica permansit; de navibus dictam novimus etiam ex Hippocratis ducis ad ephoros epistula, cladem his verbis nuntiantis: „*ἔρρει τὰ κᾶλα*" *κτέ.* [6]). Eadem est vis vocis *ξύλων* in verbis Mardonii cladem Salaminiam sic elevantis: „*οὐ ξύλων ἀγὼν ὁ τὸ πᾶν φέρων ἐστὶ ἡμῖν, ἀλλ' ἀνδρῶν τε καὶ ἵππων*" [7]) et: „*νενικήκατε θαλασσίοις ξύλοις χερσαίους ἀνθρώπους*" *κτέ.* [8]). Cf. etiam Brasidas apud Thucydidem milites sic increpans: „*οὐκ εἰκὸς ξύλων φειδομένους τοὺς πολεμίους ἐν τῇ χώρᾳ περιιδεῖν τεῖχος πεποιημένους, ἀλλὰ τὰς ναῦς κατάγνυτε βιαζόμενοι τὴν ἀπόβασιν καὶ παντὶ τρόπῳ ἀποβάντες τῶν τε ἀνδρῶν καὶ τοῦ χωρίου* (Pyli) *κρατήσατε* [9]).

---

[1]) Ach. 863. — [2]) Alcm. fr. 1; cf. etiam Eur. Herc. 678. — [3]) Av. 904 sqq. — [4]) Pindarus apud Plut. Them. 8. — [5]) H. Merc. 112 Hes. Oper. 427. — [6]) Xen. Hell. I 1 § 23 (Plut. Alcib. 28). — [7]) Plut. Arist. 10. — [8]) Herodot. VIII 100. — [9]) Thucyd. IV 11 § 4.

πρώκροον σιείκελοι
ποττὰ κᾶλα τὼς Μήδως τ' ἐνίκαν,
ἀμὲ δ' αὖ Λεωνίδας
ἆγεν ᾇπερ τὼς κάπρως θά-
γοντας, οἰῶ, τὸν ὀδόντα, πολὺς δ
ἀμφὶ τὰς γένυας ἀφρὸς ἄνσεεν, πο-
λὺς δ' ἀμᾶ καττῶν σκελῶν ἵετο.
ἦν γὰρ τὤνδρες οὐκ ἐλάσσονες
τᾶς ψάμμας τοὶ Πέρσαι.
Ἀγροτέρα σηροκτόνε, μόλε δεῦρο, παρσένε σεία,
ποττὰς σπονδάς,
ὡς συνέχῃς πολὺν ἀμὲ χρόνον. νῦν δ'
αὖ φιλία τ' αἰὲς εὔπορος εἴη

1252. πρώκροον Ahrens] πρόκροον R Par. || σιείκελοι] θείκελοι R Par., θεοείκελοι schol., σιοείκελοι Meineke, συείκελοι vWilamowitz. Cf. σιειδής (= θεοειδής) apud Alcmanem in Parthenio.

1253. τὼς Μήδως τ' ἐνίκαν] τοὺς μήδους τ' ἐνίκων R Par.

1256. σάγοντας] θάγοντας R Par.

1257. ἄνσεεν vWilamowitz] ἥνσει R, ἥρσει Par.

1258. δ' Par.] τ' R.

1259. ἀμᾶ] ἅμα R Par. || καττῶν Reisig] καὶ κατα τῶν R Par. || Post σκελῶν in R Par. est ἀφρὸς, quod delevit Brunck; Lenting scribebat ἱδρώς (coll. *K* 573).

1260. γὰρ] δὲ Blaydes. || ἐλάσσονες vWilamowitz] ἐλάσ(σ)ως R Par.

1261. ψάμμας] ψάμμω Elmsley. Cf. Herodot. IV 181.

1262. Ἀγροτέρα Dindorf] ἀγροτέρ' ἄρτεμι R (quod natum est ex ἀγροτέρα), ἀγρότερ' ἄρτεμι Par.; debebant certe Ἄρταμι, et sic Koenius. Cf. vs. 1299 Thesm. 298, 300 (990). Abest nomen proprium Eq. 660.

1263. σεία Cobet] σιᾶ R Par.; παρθένος σιά vWilamowitz.

1267. τ' Schäfer] δ' R Par. || εὔπορος] ἔμπεδος Blaydes.

1256. θάγοντας ... τὸν ὀδόντα] vid. ad Ran. 815.

1257. Cf. Achilles in Iliade assimulatus leoni vulnerato, qui ἐϝάλη τε χανὼν περὶ τ' ἀφρὸς ὀδόντας γίγνεται [1]). Verbum ἀνθεῖν ita nunc usurpatur ut epicum ἐπανήνοθε [2]).

1259. ἵετο] item apud Euripidem: κελαινὰ δ' ἀμφὶ νῶθ' ἵετο κόνις [3]).

1260. ἦν] cum dorica hac forma (pro ἦσαν) conferenda sunt epica ἔβαν etc. [4]).

1261. Vid. ad Ach. 3.

1262. Ἀγροτέρα σηροκτόνε] vid. ad Eq. 660; Dianam θηροκτόνον invocat etiam Achilles Iphigeniam mactaturus [5]). Cf. θηροφόνη epitheton [6]).

1265. συνέχῃς] vid. ad Nub. 966.

[1]) Hom. *Υ* 168; item quos scholia afferunt: Archil. fr. 138 Aesch. 484, alibi. — [2]) Vid. ad Nub. 978. — [3]) Eur. El. 477. — [4]) Cf. Hes. Theog. 321, 825 etc., Enchir. dict. ep. § 116. — [5]) Eur. Iph. Aul. 1570. — [6]) Thesm. 320.

ταῖσι συνθήκαισι, καὶ τᾶν αἱμυλᾶν ἀλωπέκων παναίμεθ'. ὦ
δεῦρ' ἴθι, δεῦρο, κυναγὲ παρσένε.

ΑΘΗΝΑΙΟΣ Α.

νέαν, Λάκων, πρόφαινε δὴ
σὺ μοῦσαν ἐπὶ νέᾳ τύχῃ.

ΛΑΚΩΝ.

Ταΰγετον αὖτ' ἐραννὸν ἐκλιπῶά,
Μῶά, μόλε μόλε Λάκαινα, πρεπτὸν ἁμὶν
κλέωά τὸν Ἀμύκλαις σιόν,
καὶ Χαλκίοικον ἄνασσαν, Τυνδαρίδας τ' ἀγασώς,
τοὶ δὴ πὰρ Εὐρώταν ψιάδδοντ'. εἶα μάλ' ἔμβα,

1269. *ταῖσι συνθήκαισι*] *ταῖσιν συνθήκαις* R Par.; del. Hamaker.
1270. *παναίμεθ'*] *παυσαίμεθ'* R Par.; vid. ad vs. 90.
1271. *δεῦρο*] *δεῦρ' ὦ* R Par.
1273 sq. *Atheniensi I dedi. In R Lysistratae sunt, ut praecedentes — vs. 1306 (1279) sqq. —, uos choro Atheniensium recte tribuerunt editores; inde secernendos esse vidit Bergk, Lysistratae esse ratus. Ceterum aut deesse aliquid aut abundare testantur numeri, deesse autem, sententia imperfecta; nam in codd. sunt haec: *Λάκων, πρόφαινε δὴ σὺ μοῦσαν* | *ἐπὶ νέα(ν) νέαν*. Quae ita ut vides explevi et ordinavi. Duos trimetros statuebat Meineke, prioris unum verbum *Λάκων* aetatem tulisse ratus, unum trimetrum Bergk deleto *Λάκων*, sed *νέᾳ* (*νέα* R et schol., *νέαν* Par.) nihil significat nisi accedit substantivum.
1276. Alterum *μόλε* addidit GHermann.
1277. *κλέω(ἰ)α* Par.] *κλεῶα* R. ‖ *σιόν* Valckenaer] *ἀπόλλω σιόν* R Par.; cf. vs. 1262.
1278. *ἄνασσαν* l. a. in schol.] *ἀσάναν* R Par. vix recte, nam proprium nomen, non epitheton, esse solet *Χαλκίοικος*, sic etiam infra vs. 1299 (1321).
1280. *πὰρ*] *παρ'* R Par.
1281. *εἶα*] *ὦ εἶα* Dindorf, *ὦ εἶα, εἶα* Lenting (quod *μάλα iteratae* exclamationi

---

1270. Cum locutione *παύεσθαι τῶν ἀλωπέκων*, i. e. *τοῦ ἀλωπεκίζειν* [1]), cf. loci ubi *παύειν τινά* dicitur omisso quod addi solet participio [2]). Ipsum autem substantivum illustratur Adimanti Platonici verbis: „*τὴν... Ἀρχιλόχου ἀλώπεκα ἑλκτέον ἐξόπισθεν*" de adhibenda calliditate dictis [3]). De adiectivo *αἱμύλῳ* vid. ad Eq. 687; praeterea cf. *πιθηκισμοί* Eq. 887.

1275 sq. Vid. ad Ach. 665.
1276. *πρεπτὸν ἁμὶν*] i. e. *πρεπόντως ἡμῖν* [4]).
1277. Clarissima erant Apollinis Amyclaei et Minervae Chalcioeci [5]) templa. De participio *κλέωά* (*κλέουσα*) vid. ad Av. 905.
1278. *ἄνασσαν*] cf. Thesm. 123 [6]).
1280. *ψιάδδοντι*] i. e. *παίζουσι* [7]). Est

---

[1]) Vesp. 1241, cf. Pac. 1067 Solon. fr. 11^5. — [2]) Vid. ad Eq. 330. — [3]) Plat. Rep. 365 *c*; attulit vWilamowitz. — [4]) Adi. redit Aesch. Eum. 914. — [5]) Thucyd. I 134 Eur. Troad. 1113 Hel. 228 etc. — [6]) Item Eur. Iph. T. 1475. — [7]) Schol. Hesych.

ὦ εἶα, κοῦφα πάλλων, ὡς Σπάρταν ὑμνίωμες,
τᾷ σιῶν χοροὶ μέλοντι καὶ ποδῶν κτύπος,
ὅχ' ᾇτε πῶλοι ταὶ κόραι πὰρ τὸν Εὐρώταν
ἀμπάλλοντι, πυκνὰ ποδοῖν ἐγκονίωαί,
ταὶ δὲ κόμαι σείονθ', ᾇπερ Βακχᾶν
συρσαδδωᾶν καὶ παιδδωᾶν.
    ἀγῆται δ' ἁ Λήδας παῖς
  ἁγνὰ χοραγὸς εὐπρεπής.

---

addi soleat); cf. Pac. 459, 486. || ἶμβα Par.] ἶμβη R. || Post ἶμβα in Par. additum est εἶα.

1282. πάλλων] πᾶλον Bergk.

1286. ὅχ'] add. vWilamowitz, nexum enuntiatorum feliciter sic restituens. || ᾇτε Brunck] αἶτε R, ἅτε Par., ᾇ δὲ Ahrens; cf. vs. 1296 (1318). || ταὶ R] δ' αἱ Par.

1288. ἀμπάλλοντι] ἀμπαδέοντι vWilamowitz.

1289. ἐγκονίωαί (-ιῶσαι) Brunck] ἀγκονεύουσαι R, ἀγκονέουσαι Par.

1290. ᾇπερ Brunck] αἶπερ R, ἅπερ Par.

1291. συρσαδδωᾶν] θυρσαδδοᾶν R Par. || παιδδω(')ᾶν Par.] παδδοᾶν R, παδωᾶν Koenius, ut vs. 1295 (1317), κευαδδωᾶν Heringa. Cf. Ran. 376.

1292. Λήδας] Λατοῦς (l. -ῶς) Bisetus propter epitheton ἁγνόν.

---

haec brevior forma verbi quod in dictione epica est ἑψιάεσθαι [1]). Mero vero casui debetur vocis item epicae ψιάδος *guttae* [2]) similitudo.

1281. εἶα μάλ' ἶμβα] item εἶα μάλα in Pace [3]), ἶμβα autem ita usurpatum redit Ran. 377 Eccl. 478.

1282 sq. εἶα … ὦ εἶα] cf. Pac. 459 sqq.

1282. κοῦφα πάλλων] i. e. κοῦφα πάλματα sive πηδήματα [4]) πάλλων, κοῦφον ἐξορμῶν πόδα [5]), πόδα πάλλων αἰθέριον [6]). Redit κοῦφα ita adhibitum in Thesmophoriazusis [7]) et in versibus Aristocratis comici nostro loco simillimis: οἷα παίζουσιν φίλαι | παρθένοι Λυδῶν κόραι, | κοῦφα πηδῶσαι <ποδοῖν | καὶ ἀνασείουσαι> κόμαν [8]) | καὶ ἀνακρούουσαι χεροῖν | Ἐφεσίαν παρ' Ἄρτεμιν [9]). Mox sic adhibitum est πύκνα [10]), cf. etiam ὀρθὰ βαδίζειν [11]), ἴσα βαίνειν. Verbo πάλλειν sive ἀμπάλλειν septimo abhinc versu denuo utitur Laco [12]).

1286. Cf. Paris equo ferocienti assimulatus Iliadis loco notissimo. Item Euripides de Oreste a Furiis agitato: ποτὲ δὲ δεμνίων ἄπο | πηδᾷ δρομαῖος, πῶλος ὡς ἀπὸ ζυγοῦ [13]). — *Puellarum* potissimum choros, quippe qui Spartae proprii, ab Atheniensium autem moribus alieni sint, comicus nunc commemorat [14]).

1289. ἐγκονίωαί] cf. Vesp. 240.

1291. συρσαδδωᾶν] verbum θυρσάζειν, *thyrsum quassare*, alibi non extat.

---

[1]) Hom. ρ 530 τ 331, 370, 372 φ 429. — [2]) Hom. Π 459. — [3]) Pac. 487; cf. μάλ' αὖθις Nub. 670 et similia. — [4]) Quod additur Eur. El. 861. — [5]) Thesm. 659. — [6]) Eur. Troad. 325; cf. Ar. Ran. 478. — [7]) Vid. Thesm. 953. Cf. etiam Hom. Ν 158 Xen. Anab. VI 1 § 5. — [8]) A verbo πηδᾶν, quod huic loco est aptissimum, cum sit alienum obiectum κόμην, intercidisse aliquid suspicatus supplevi quae vides. — [9]) Aristocr. fr. 1. — [10]) Vs. 1288. — [11]) Pac. 1083. — [12]) Vs. 1288; praeterea cf. Thesm. 985 (?) Ran. 345, 1317, 1358. — [13]) Eur. Or. 45, quem locum imitatur Eubulus fr. 75⁶. — [14]) „Dem Athener sind die Jungfrauentänze und Lieder, „die seiner Sitte fremd sind, für Sparta das Characteristische" (vWilamowitz).

(1317) ἀλλ' ἄγε, κόμαν παραμπύκιδδε χερί, ποδοῖν τε πάδη
ᾇ τις ἔλαφος, κρότον δ' ἁμᾶ ποίη χορωφελήταν,
(1320) καὶ τὰν κρατίσταν πάμμαχον, τὰν Χαλκίοικον ὕμνη.

(Prodeunt Lysistrata ceteraeque mulieres.)

SCENA TRIGESIMA.

Eidem, Lysistrata.

ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΗ.

(1273) ἄγε νῦν, ἐπειδὴ τἆλλα πεποίηται καλῶς,
ἀπάγεσθε ταύτας, ὦ Λάκωνες, τασδεδὶ
ὑμεῖς· ἀνὴρ δὲ παρὰ γυναῖκα καὶ γυνὴ
στήτω παρ' ἄνδρα, κᾆτ' ἐπ' ἀγαθαῖς ξυμφοραῖς

1294. παραμπύκιδδε GHermann] -κίδδετε R Par., sed singularem legit qui in scholiis scripsit: σκέπασον τῇ ἄμπυκι, -κιδδέ τε Porson, -κιδδε τᾷ Meineke.

1295. χερί Par.] χειρὶ R. || τε R] δὲ Par.

1297. ἁμᾶ] ἅμα R Par. || χορωφελήταν GHermann] χωροφελέταν R, χορωφελέταν Par.

1298 sq. *Dubitanter sic scripsi. In R Par. est: καὶ τὰν σιὰν δ' αὐτὰν κρατίσταν | χαλκίοικον ὕμνει | τὰν παμμάχον, in margine autem R legitur adscriptum: „καὶ τὴν θν̄ ἀθηναν", in Par. et Vat. id in textum est receptum: „κρατίσταν τὴν ἀθηνᾶν". Particulam δ' delevit Blaydes. Dindorf delet epitheton τὰν πάμμαχον, quod in fine positum vitii est indicium manifestum.

1300—1321. *Versibus his XXII — de quo numero conferantur velim quae Ench. dict. ep. p. LI scripsi — hoc loco collocatis sincerum ordinem restituisse mihi videor. In textu tradito leguntur post versum 1272, sic autem et finis (vs. 1299) displicet adeo abruptus ut deesse aliquid sentiamus omnes („mechanisch verstümmelt" vWilamowitz), et magis etiam Laco novum carmen instituens postquam abire coeperunt cuncti a Lysistrata iussi.

1300. τἆλλα] πάντα Blaydes coll. Thesm. 231, sed huius loci alia est ratio.

1301. τασδεδὶ Dindorf] τὰσδέτε R, τασδεῖ Par.

1295. παραμπύκιδδε] frequens vocis ἄμπυκος et adiectivorum inde ductorum erat usus in poesi lyrica [1].

1299. Canticum suae deae nomine claudit Laco, sed Ἀθηνᾶ Παλλάς ipsaeque Athenae potius quam Χαλκίοικος illa aut Sparta celebrari videntur spectatoribus.

1300. τὰ ἄλλα πεποίηται καλῶς] item alibi: πάντα πεποίηται καλῶς [2]. Notetur passivum ποιεῖσθαι in hac locutione servatum, ut ἔρχεσθαι in locutione ὑπέρχεσθαί τινα [3]. Alia quae huc faciunt attuli ad Vesp. 186.

1301. ταύτας] *obsides* intellege, Boeotiam et Corinthiam.

— τασδεδὶ] vid. ad Ran. 965.

1303. ἐπ' ἀγαθαῖς ξυμφοραῖς] vid. ad Nub. 1205.

[1] Vid. ad Ach. 671. — [2] Thesm. 231; vid. etiam Thucyd. VIII 69 § 2. — [3] Plat. Crit. 53 *e* etc.; vid. Cobet V. L. p. 34.

ὀρχησάμενοι θεοῖσιν εὐλαβώμεθα
τὸ λοιπὸν αὖθις μὴ ἐξαμαρτάνειν ἔτι.

(Legati, feminae, chorus, omnes coniunctim laetam saltationem instituunt.)

ΧΟΡΟΣ.

πρόσαγε χορόν, ἔπαγε δὲ χάριτας,
ἐπὶ δὲ κάλεσον Ἄρτεμιν,
ἐπὶ δὲ δίδυμον ἀγέχορον
εὔφρον' Ἰήιον, ἐπὶ δὲ Νύσιον,
ὃς μετὰ Μαινάσι Βάκχιος ὄμμασι δαίεται,
Δία τε πυρὶ φλεγόμενον, ἐπὶ δὲ
πότνιαν ἄλοχον ὀλβίαν,
εἶτα δὲ δαίμονας, οἷς ἐπιμάρτυσι
χρησόμεθ' οὐκ ἐπιλήσμοσιν
ἡσυχίας πέρι τῆς ἀγανόφρονος,
ἣν ἐποίησε θεὰ Κύπρις.

1306 sqq. Lysistratae sunt in R.
1306. *ἔπαγε δὲ* Enger] *ἔπαγε* R Par., *ἐπάγαγε* Meineke, *ἔπαγέ τε* Bergk.
1308. *ἀγέχορον* Bergler] *ἀγεχορὸν* R, *ἄγετε χορὸν* Par., del. Enger, dein *ἤιον* scribens, *ἀρχέχορον* Blaydes.
1309. **εὔφρον' Ἰήιον*] *ἰήιον εὔφρον'* R Par.
1310. *Βάκχ(ε)ιος* R] *-ειοις* Par.; *βακχίσιν* Meineke, *βακχιοῖ εὐάσι* (del. *δαίεται*) Bergk, nisi *Δία τε* potius sit corruptum. || *ὄμμασι δαίεται*] *λαμπάδι δαίεται* Blaydes (del. *βάκχειος*), *οὔρεσι μαίνεται* vHerwerden (del. *Μαινάσι*).
1312. *δὲ* Par.] *τε* R.
1314. *δὲ* R] om. Par.
1316. *ἀγανόφρονος* Reisig coll. Av. 1321] *μεγαλόφρονος* R Par.

1304. *θεοῖσιν*] *in honorem deorum*; vid. ad Av. 745 sq.
1305. *τὸ λοιπὸν αὖθις*] vid. ad Thesm. 830 sq.
1306 sqq. Vid. ad Nub. 563—565.
1308. Dicit *δίδυμον Ἰήιον* Dianae *fratrem gemellum* Apollinem, cum *ἀγεχόρῳ* autem epitheto (= *χοραγῷ*) cf. Av. 217 sqq.
1309. *Νύσιον*] cf. Ran. 215.
1310. Hoc uno loco apud nostrum *μετά* dativo iungitur.
1311. Cf. versiculus Timothei Dianam celebrantis „*θυιάδα φοιβάδα* [1]) *μαινάδα λυσσάδα*" [2]).
1312. *πυρὶ φλεγόμενον*] vid. ad Ran. 293.
1314. *ἐπιμάρτυσι*] comicus igitur locis Homericis: *θεοὶ δ' ἐπὶ μάρτυροι ἔστων* [3]), *Ζεὺς ἧμ' ἐπὶ μάρτυρος ἔστω* [4]), in unam vocem coniungebat praepositionem et substantivum: *ἐπιμάρτυρος, -ροι*.
1316. Cf. Av. 1821 sq.
1317. *θεὰ*] vid. ad vs. 341.

---

[1]) *φοιτάδα* mavult vWilamowitz. — [2]) Plut. Mor. 170 *a*. — [3]) Hom. *α* 278. — [4]) Hom. *Η* 76.

ἀλαλαὶ ἰὴ παιήων!
αἴρεσθ' ἄνω, ἰαί,
ὡς ἐπὶ νίκῃ, ἰαί!
εὐοῖ, εὐοῖ, εὐαί, εὐαί!

(Canentes et saltantes abeunt omnes.)

1318. *ἀλαλαὶ ἰὴ παιήων*] item Av. 1763; vid. autem ad Eq. 616 et 408.

1319—1321. Isdem clamoribus clauditur fabula Ecclesiazusarum, simillima in fine habent Acharnenses, Pax, Aves. Laeta autem pompa etiam in exitu Acharnensium, Equitum, Vesparum, Pacis, Avium, Pluti instituitur.

1319. *αἴρεσθε*] verbum valet id quod *μετεωρίζεσθαι, ἀναπέτεσθαι, exultare* [1]), *πάλλειν πόδ' αἰθέριον* vel: *οὐράνιον πήδημα κουφίζειν*, ut est apud tragicum [2]).

[1]) Vid. ad Av. 1762. — [2]) Eur. Troad. 325 et El. 861.

INDEX

RERUM ET NOMINUM

QUAE IN ANNOTATIONIBUS TANGUNTUR.

(Signo ⁝ ornatae sunt voces laconicae.)

CORRIGENDA.

Deleantur velim:

in calce paginae 11 sub n⁰. 7 verba: „cf. praeterea Eccl. 409" et 24 sub n⁰. 10 verba: „219 et".

Alios errores, qui quidem mentione digni viderentur, non deprehendi.